

Digitized by Google

10·3·188

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

VETERVM TESTIMONIA
D E
DIDYMO ALEXANDRINO
C O E C O

Ex quibus tres Libri de TRINITATE
nuper detecti Eidem aſſeruntur.

FERDINANDVS MINGARELLIVS

S. Th. L. Camald., & S. Ind. Congr. Conſ.

COLLEGIT

ATQVE ANIMADVERSIONES ADIECIT



Ex corneola Auctoris

ROMAE MDCCLXIV.

PRAESIDVM FACVLTATE

Digitized by Google

Aut profer meliores epulas , & me conviva utere ; aut qualicumque noſtra coenula contentus eſto .

Hieron. Ep. L.

Digitized by Google

ORNATISSIMO S. R. I. EQVITI

FR. FRANCISCO PAVLO
DE SMITMER
ORD. IEROSOLIM.

COMMENDATARIO IN HAILLENSTEIN

FERDINANDVS MINGARELLIVS

S. P. D

POST Tiburtinum otium, quod ob conſuetudinem Tuam, EQVES ORNATISSIME, longe ſuaviſſimum mihi fuit, animum libenter equidem adjeci, ut quidpiam de DIDYMO ALEXANDRINO COECO, ſeu magis ut Veteres inquiunt VIDENTE, elucubrarem. Pluribus autem fortaſſe videar inanem luſiſſe operam, qui poſt Tillemontium (a) praeſertim, & Io. Alb. Fabricium (b) aliquid ea de re ſcribere auſus ſim. Sed qui meum conſilium noverint, eorum reprehenſionibus me propoſitum non fore confido. Scilicet diligentes quidem adeo fuerunt Summi illi Viri in colligendis, quae ad DIDYMUM COECUM ſpectarent, ut ſupervacaneus facile videri poſſet hac in re cujuſque labor. Sed cum quotidie ab Eruditis Hominibus luci ea reſtitui videamus, quae in tene-

(a) Mem. Hiſt. Eccl. T.x. (b) Biblioth. Gr. T.VIII. p.351., & Bibl. Eccl. p.198.

Digitized by Google

bris diu antea jacuerant, viſum eſt mihi DIDYMO etiam id felici ſatis omine contigiſſe. Quamobrem ut in meam opinionem alii quoque facilius deſcendant, illud cepi conſilium, ut quae apud Veteres de hoc DIDYMO inveniſſem, colligerem, adjectiſque meis animadverſionibus evulgarem. In quo etiam eorum, qui mea toleranter legent, incommodo conſultum volui, ne, ſi rerum origines inſpicere vellent, eoſdem ad plura evolvenda volumina compellerem, quod ſane aliorum lucubrationes expoſcere videntur. Si enim ſtimulis κενοδοξίας percitus diſerto ſermone ſcribere, & orationi meae Veterum loca inſerere voluiſſem, pluribus fortaſſe aptior viſus eſſem; at doctiores inanis haec, & incommoda oratio jure offendiſſet. Hoc porro etiam conſilium adamavi, quod Volumen exiguum adhuc futurum erat, illudque percurrere humaniter cupientibus non moleſtum, & grave. Si & iſtae conſilii mei rationes, meaeque praeterea conjecturae Eruditis Viris probabuntur, pergratum erit mihi; &, ſi cui uſui haec Tabula futura ſit, extremas, quas deeſſe novi, lineas appingere curabo: ſin autem aliud ſors tulerit, ſat mihi erit, & ingenii Tui ſuavitatem, & effigiem voluntatis erga Te meae aliquibus ſaltem officii, & benevolentiae luminibus expreſſam omnibus exhibuiſſe; ut ſi brevi magnis locorum intervallis disjungi nos oportebit, diu ſuperſit hoc amicitiae noſtrae monumentum. Vale.

Dabam Romae in D.Gregorii ad Clivum Scauri IIII. Id. Febr. CIϽIϽCCLXIIII.

VETE-

VETERVM TESTIMONIA
DE DIDYMO ALEXANDRINO COECO

RVFINVS AQVILEIENSIS

Hiſt. Eccl. Lib. II. alias XI. Cap. 7.

I. *CVM apud Alexandriam populos & Vrbem nebuloſi Doctoris* (a) *tetra perfidiae caligo ſuffunderet, velut lampadem quamdam Divina luce ſnlgentem Didymum Dominus accendit. De cuius vita atque inſtitutis [quoniam ad Eccleſiae gloriam Dei munere conceſſus creditur] licet in tranſcurſu, neceſſario tamen commemoranda nobis pauca videntur. Is namque in parva aetate cum adhuc etiam prima litterarum ignoraret elementa luminibus orbatus majore deſiderio ſcientiae veri luminis inflammatur; nec deſperationem cupidam adipiſcendi paſſus eſt, cum audiſſet ſcriptum in Evangelio: quod apud homines impoſſibile eſt, poſſibile eſt apud Deum. Hac igitur Divina pollicitatione confiſus indeſinenter Dominum deprecabatur, non ut oculorum carnalium viſum, ſed ut illuminationem cordis acciperet. Miſcebat autem precibus ſtudia, & laborem, & juges continuaſque vigilias non ad legendum, ſed ad audiendum adhibebat, ut quod aliis viſus hoc illi conferret auditus. Cum vero poſt lucubrationis laborem ſomnus, ut fieri ſolet legentibus, adveniſſet, Didymus ſilentium illud non ad quietem vel otium datum ducens, tanquam mundum animal ruminans cibum, quem ceperat, ex integro revocabat; & ea quae dudum percurrentibus aliis ex librorum lectione cognoverat, me-*

(a) Lucii Ariani Epiſcopi in Sedem Alexandrinam Athanaſio mortuo ab Arianis intruſi.

Digitized by Google

memoria & animo retexebat, ut non tam audiſſe, quae lecta fuerant, quam deſcripſiſſe mentis ſuae paginis videretur. Ita in brevi Deo docente in tantam divinarum humanarumque litterarum eruditionem ac ſcientiam venit, ut Scholae Eccleſiaſticae Doctor exiſteret, Athanaſio Epiſcopo, ceteriſque ſapientibus in Eccleſia Viris Dei admodum probatus; ſed & in ceteris ſive Dialecticae, ſive Geometriae, Aſtronomiae quoque, vel Arithmeticae diſciplinis itā eſſet paratus, ut nullus unquam philoſophorum aliqua ex his artibus proponens obtinere eum, vel concludere quiverit, ſed ſtatim ut reſponſiones eius acciperet, magiſtrum eum etiam illius, de qua propoſuiſſet, crederet diſciplinae. Hujus aliquanti dicta, vel communiter diſputata, vel proponentibus reſponſa adhibitis notariis deſcripſere, quae & nunc in magna admiratione habentur. Nos autem, qui vivae vocis eius ex parte aliqua fuimus auditores, & ea, quae a nonnullis dicente eo deſcripta legimus, longe majorem gratiam, & Divinum neſcio quid, ac ſupra humanam vocem ſonans, in illis magis ſermonibus, qui de ore ipſius proferebantur agnovimus. Hunc etiam Beatus Antonius cum fidei Athanaſii teſtimonium laturus adverſum Arianos de Thebaide Alexandriam deſcendiſſet magnificis conſolatus eſt verbis:
„ Nihil te, *inquit*, offendat o Didyme, quod carnalibus oculis orba-
„ tus videris: Deſunt enim tibi oculi illi, quos mures, & muſcae, &
„ lacertae habent: ſed laetare, quia habes oculos, quos Angeli ha-
„ bent, & quibus Deus videtur, per quos magnum tibi ſcientiae lumen
„ accenditur. „

II. Et Cap. 8. *Florebat igitur Aegyptus ea tempeſtate non ſolum eruditis in Chriſtiana Philoſophia viris, verum etiam his, qui per vaſtam eremum commanentes* &c.

III. Invectiv. L. 1. T. 9. Op. Hieron. p. 252. D. (a) *Gregorius Nazianzenus, & Didymus Videns propheta, ambo magiſtri mei, quibus ſapientius in Fide Chriſti nihil habuit mundus.*

HIE-

(a) Opera Hieronymi citantur ex editione Romana Mariani Victorii.

Digitized by Google

HIERONYMVS

Ep. 28. ad Lucinium.

IV. *ORrigenis & Sancti Didymi pauca tranſtulimus volentes noſtris ex parte oſtendere quid graeca doctrina retineret*. T. 1. p. 117. C.

V. Ep. 33. ad Caſtrutium. *Beatus Antonius cum a S. Athanaſio Alexandriae Epiſcopo propter confutationem haereticorum in Vrbem Alexandriam eſſet accitus, & iſſet ad eum Didymus vir eruditiſſimus, captus oculis, inter ceteras ſermocinationes, quas de Scripturis Sanctis habebant, cum eius admiraretur ingenium, & acumen animi collaudaret ſciſcitans ait*: Num triſtis es, quod oculis carnis careas? *Cum ille pudore reticeret, ſecundo tertioque interrogans tandem elicuit, ut moerorem animi ſimpliciter fateretur. Cui Antonius*: „ Miror, *ait*, prudentem virum ejus rei dolere damno, quam „ formicae & muſcae & culices habent, & non laetari illius poſſeſſio„ ne, quam Sancti ſoli, & Apoſtoli meruerunt. „ ibid. p. 126. A.

VI. In Catalogo Script. Eccleſiaſt. *DIDYMVS Alexandrinus, captus a parva aetate oculis, & ob id elementorum quoque ignarus, tantum miraculum ſui omnibus praebuit, ut dialecticam quoque, & geometriam, quae vel maxime viſu indiget uſque ad perfectum didicerit. Is plura opera & nobilia conſcripſit. Commentarios in Pſalmos omnes: Commentarios in Euangelium Matthaei, & Joannis: & de Dogmatibus; & contra Arianos libros duos: & de Spiritu Sancto librum unum, quem ego in latinum verti. In Eſaiam tomos decem & octo: in Oſee ad me ſcribens Commentariorum libros tres: & in Zachariam meo rogatu libros quinque: Commentarios in Iob; & infinita alia, quae digerere proprii indicis eſt. Vivit uſque hodie, & octogeſimum tertium aetatis exceſſit annum*. ibid. p. 185.

VII. Ibid. *Eunomius Arianae partis Cyzicenus Epiſcopus in apertam haereſeos ſuae prorumpens blaſphemiam, ut quod illi tegunt, iſte publice fateretur, uſque hodie vivere dicitur in Cappadocia, & multa contra Eccleſiam ſcribere. Reſponderunt ei Apollinarius, Didymus* &c.

VIII. Ep. 50.

VIII. Ep. 50. ad Pammachium, quae eſt Apologia pro Libris adverſus Iovinianum. *Nunc enumerandum mihi eſt, qui Eccleſiaſticorum de impari numero diſputarunt, Clemens, Hyppolitus, Origenes, Euſebius, Didymus* &c. T. 2 p. 76. B.

IX. Ep. 51. ad Domnionem. *Sine cauſſa Gregorium Nazianzenum, & Didymum in Scripturis Sanctis Catechiſtas habui ..... Inventus eſt homo abſque praeceptore perfectus*, πνευματόφορος, ἔνθεος, καὶ αὐτοδίδακτος, *qui eloquentia Tullium, argumentis Ariſtotelem, prudentia Platonem, eruditione Ariſtarchum, multitudine librorum* (a) *Chalcenterum, Didymum ſcientia Scripturarum, omneſque ſui temporis vincat tractatores*. Ibid. p. 77. C.

X. Ep. 52. ad Pammachium. *Origenes, Dionyſius, Pierius, Euſebius Caeſarienſis, Didymus, Apollinarius latiſſime hanc Epiſtolam* (1. Corinth.) *interpretati ſunt*. Ibid. p. 79. C.

XI. Ep. 65. ad Pammachium & Oceanum. *Iam canis ſpargebatur caput, & magiſtrum potius, quam diſcipulum decebat: perrexi tamen Alexandriam, & audivi Didymum, & in multis ei gratias ago: quod neſcivi, didici. quod ſciebam illo docente non perdidi .... Certe Apollinarii & Didymi inter ſe dogma contrarium eſt. Rapiat me ergo utraque turma diverſum altrinſecus, quia magiſtrum utrumque confiteor .... Et audet quidam proferre litteras meas ad Didymum, quaſi ad magiſtrum. Grande crimen diſcipuli, ſi hominem eruditum, & ſenem Magiſtrum dixerim*. p. 137. A. Et p. 140. A. *Quis prudentior, doctior, eloquentior Euſebio, & Didymo, aſſertoribus Origenis inveniri poteſt? quorum .... alter* (Didymus) *ſic*

eius

(a) Hic Marianus Victorius *pag.* 307. *n.* 11. jure corrigit Eraſmum, ac disjungit *Chalcenterum*, & *Didymum*; hic enim Didymus, non eſt Alexandrinus Grammaticus, qui ſub Auguſto floruit, & *Chalcenterus* dictus fuit, ſed eſt *Didymus Coecus* in Sacris Scripturis exercitatiſſimus. At non aſſentior eidem Victorio per *Chalcenterum* ibi a Hieronymo indicari Origenem, licet ipſe etiam Chalcenterus ſit cognominatus: puto enim Hieronymum indicare voluiſſe Didymum Alexandrinum Grammaticum, Chalcenterum vocatum ob Operum multitudinem, quae numerabantur ad 4000. (Fabr. Bibl. Gr. V. VII. pag. 56.); Origenis autem, etſi quis ſex millia librorum eius ſe legiſſe confeſſus eſt, in indice tamen librorum eius in tertio volumine Euſebii de Vita Pamphili, nec tertia pars reperiebatur, ut ſcribit Hieronymus idem *L. 2. adv. Ruf.* T. 2. p. 163.

ejus errores nititur excuſare, ut tamen illius eſſe fateatur; non ſcriptum negans, ſed ſenſum ſcribentis ediſſerens. Aliud eſt, ſi quae ab haereticis addita ſunt, Didymus quaſi bene dicta defendat.

XII. L. 1. Adv. Rufinum. *Animadverti .... cetera dogmata de Angelorum ruina, de animarum lapſu, de reſurrectionis praeſtigiis .... vel ita vertiſſe ut in Graeco invenerat, vel de Commentariolis Didymi, qui Origenis apertiſſimus propugnator eſt, exaggerata, & firmiora poſuiſſe.* p. 143. C. ..... *An injuria tibi facta eſt, quod pro te Apollinarium, Didymumque ſectatus ſum?* p. 146. A. Et p. 147. A. *Ego in Commentariis ad Epheſios ſic Origenem, & Didymum, & Apollinarium ſequutus ſum, qui certe contraria inter ſe habent dogmata, ut fidei meae non amitterem veritatem.* Et p. 149. A. *In Epiſtolam Pauli ad Epheſios tria Origenes ſcripſit volumina. Didymus quoque & Apollinarius propria opuſcula condidere .... illud quoque in praefatione commoneo .... Apollinarium etiam, & Didymum quoſdam commentariolos edidiſſe, ex quibus licet pauca decerpſimus.*

XIII. L. 2. adv. Ruf. *In libro primo* περὶ ἀρχῶν, *ubi Origenes lingua ſacrilega blaſphemavit, quod Filius Patrem non videat, tu etiam cauſſas reddis, quaſi ex perſona ejus, qui ſcripſit, & Didymi interpretaris* σχόλιον, *in quo ille caſſo labore conatur alienum errorem defendere, quod Origenes quidem bene dixerit, ſed nos ſimplices homines, & cicures Enniani nec illius ſapientiam... intelligere poſſumus.* p. 158. C.

XIV. Ibid. *Quid reſpondebis pro Didymo, qui certe in Trinitate Catholicus eſt? cujus etiam nos de Spiritu Sancto librum in Latinam linguam vertimus. Certe hic in iis, quae ab haereticis in Origenis operibus addita ſunt, conſentire non potuit; & in ipſis* περὶ ἀρχῶν, *quos tu interpretatus es, libris, breves dictavit commentariolos, quibus non negaret ab Origine ſcripta, quae ſcripta ſunt; ſed nos ſimplices homines non poſſe intelligere, quae dicuntur; & quo ſenſu in bonam partem accipi debeant, perſuadere conatur. Hoc dumtaxat de Filio & Spiritu Sancto. Ceterum in aliis dogmatibus & Euſebius & Di-*

Digitized by Google

Didymus apertiſſime in Origenis ſcita concedunt; & quod omnes Eccleſiae reprobant, catholicae, & pie dictum eſſe defendunt. p.160. C. *Origenes .... in omnibus libris ſuis poſt LXX. Interpretes Iudaeorum translationes explanat & ediſſerit, Euſebius quoque & Didymus idem faciunt*. p.168. C.

XV. L. 3. adv. Ruf. *In Caeſarienſi Bibliotheca Euſebii ſex volumina reperi ἀπολογίας ὠριγένους, quae cum legiſſem, primum eum librum deprehendi, quem tu ſolus ſub nomine Martyris* (Pamphili) *edidiſti, de Filio & Spiritu Sancto, in bonam partem pleriſque blaſphemiis commutatis; & hoc vel Didymum, vel te, vel alium neſcio quem* &c. p.173. B .... *Inter Apollinarium & Didymum explanationis, ſtyli, & dogmatum magna diverſitas eſt*. p.174. A .... *Sic tibi licere de me & bene & male dicere, quomodo & mihi licuerit Origenem & Didymum reprehendere, quos ante laudaverim. Audi ergo .... non eſſe vitii hominem unum laudare in aliis, in aliis accuſare .... In Didymo & memoriam praedicamus, & ſuper Trinitate, Fidei puritatem: ſed in ceteris, quae Origeni male credidit, nos ab eo retrahimus*. p. 178. C.

XVI. Ibid. *Hinc eſt illa tua arcana interrogatio; quare moriantur infantes, cum propter peccata corpora acceperint? Extat liber Didymi ad te, quo ſciſcitanti tibi reſpondit, non eos multa peccaſſe, & ideo corporum carceres tantum eis tetigiſſe ſufficere. Magiſter meus & tuus eo tempore, quo tu ab eo iſta quaerebas, tres explanationum in Oſee Prophetam libros ad me, me rogante dictavit: ex quo apparet, quid me, quid te docuerit*. p.179. C.

XVII. Prooem. in Eſaiam ad Euſtoch. *In hunc Prophetam ... & Didymus, cuius amicitiis nuper uſi ſumus, ab eo loco, ubi ſcriptum eſt*: Conſolamini, conſolamini populum meum Sacerdotes &c. (cap.40.) *uſque ad finem voluminis decem & octo edidit tomos*. Tom.4. p.2. C.

XVIII. Procem. in Oſee ad Pammach. *Annos circiter viginti cum .... eſſem Alexandriae, vidi Didymum, & frequenter eum audivi, virum ſui temporis eruditiſſimum; rogavique, ut, quod Origenes non fecerat, ipſe compleret, & ſcriberet in Oſee commentarios*

rios, qui tres libros me petente dictavit : quinque quoque alios in Zachariam. T.5.p.49.B.

XIX. Prolog. in Zach. ad Exuper. *In hunc Prophetam ..... Didymus quinque explanationum libros me rogante dictavit, quos cum aliis tribus in Oſee & Michea* (a) προσεφώνησεν *: ſed tota eorum* ἐξήγησις *allegorica fuit, & hiſtoriae vix pauca tetigerunt*. T. 5. p. 316. F.

XX. Prooem. in Matth. *Legiſſe me fateor ante annos plurimos in Matthaeum ..... commentarios .... Didymi Alexandrini*. Init. T. 6.

XXI. Prooem. in Ep. Galat. ad Paulam & Euſtoch. *Praetermitto Didymum Videntem meum*. Ibid. p.165.B.

XXII. Prooem. in Ep.Epheſ. ad Eaſdem. *Non quo ab adoleſcentia aut legere unquam, aut doctos viros ea, quae neſciebam interrogare ceſſaverim, & meipſum tantum, ut plerique, magiſtrum habuerim. Denique nuper ob hanc vel maxime cauſſam Alexandriam perrexi, ut viderem Didymum, & ab eo in Scripturis omnibus, quae habebam dubia, ſciſcitarer*. ibid. p. 219. A. Et p.220. A. *Sciatis .... in hanc Epiſtolam .... Apollinarium etiam & Didymum quoſdam commentariolos edidiſſe, e quibus, licet pauca decerpſimus, & nonnulla, quae nobis videbantur, adjecimus, ſive ſubtraximus*.

XXIII. Praefat. in Librum Didymi de Spiritu Sancto ad Paulinianum. *Didymus vero meus, oculum habens Sponſae de Cantico canticorum, & illa lumina, quae in candentes ſegetes ſublimari Ieſus praecepit, procul altius intuetur, & antiquum nobis morem reddidit, ut Videns vocetur Propheta. Certe qui hunc legerit, Latinorum furta cognoſcet, & contemnet rivulos, cum ceperit haurire de fontibus. Imperitus ſermone eſt, ſed non ſcientia: Apoſtolicum virum ex ipſo ſermone exprimens tam ſenſuum lumine, quam ſimplicitate verborum*. Ibid. p.293.

XXIV. In Chron. ad an. 376. *Didymus Alexandrinus multa de*

(a) Martianaeus inſpectis Codicibus pro *& Michea* reſtituit *& mihi*, quod etiam cohaeret cum iis, quae hic habes *Num. Praeced.*

de noſtro dogmate per notarios commentatur, qui poſt quintum nativitatis ſuae annum luminibus orbatus, elementorum quoque ignarus fuit.

PALLADIVS

Hiſt. Lauſ. cap. 3. juxta Ducaeum *Auctar. Biblioth. PP.* t. 2.

XXV. Πλεῖστον μὲν οὖν σύστημα χοροῦ ἁγίου ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ἐτελειώθησαν τότε ἐν τῇ Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίᾳ ἄξιοι εὑρεθέντες τῆς γῆς τῶν πραέων· ἐν οἷς τελευτᾷ καὶ ὁ μακάριος Δίδυμος ὁ συγγραφεὺς ὁ ἀπὸ ὀμμάτων γενόμενος, ᾧ καὶ συντυχίας ἔσχηκα τέσσαρας, ἐκ διαλειμμάτων ἀπερχόμενος πρὸς αὐτὸν, ἐπὶ δέκα ἔτη. τελευτᾷ δὲ ὢν ἐτῶν ὀγδοήκοντα πέντε· οὗτος ἀπ' ὀμμάτων ὑπῆρχεν, ὡς αὐτός μοι διηγήσατο, τετραέτης τὰς ὄψεις ἀπολαβὼν, μήτε γραμμάτων μεμαθηκὼς, μήτε παρὰ διδασκάλοις φοιτήσας· εἶχε γὰρ τὸν κατὰ φύσιν διδάσκαλον ἐρρωμένον τὸ ἴδιον συνειδός· ὃς τοσαύτῃ χάριτι ἐκεκόσμητο γνώσεως πνευματικῆς, ὡς καθ' ἱστορίαν πληροῦσθαι τὸ γεγραμμένον, Κύριος σοφοῖ τυφλούς. παλαιὰν μὲν γὰρ καὶ καινὴν γραφὴν ἡρμήνευσε κατὰ λέξιν· τῶν δὲ δογμάτων οὕτως ἐπεμελήθη, λεπτῶς καὶ πάνυ ἰσχυρῶς ἐκθέμενος τὸν περὶ αὐτῶν λόγον,

Plurimus ergo cetus ſanctorum virorum & mulierum tunc fuit conſumatus in Eccleſia Alexandrina, qui ſunt inventi digni terra mitium. Inter quos conſumatur etiam beatus ſcriptor Didymus, qui fuit orbus: cum quo mihi fuit quater congreſſio, cum decem annorum interjecto intervallo ad eum proficiſcerer. Is autem conſumatur natus annos octoginta quinque. Fuit autem is orbus, ut qui cum eſſet quatuor annos natus, oculos amiſerit, ut ipſe mihi narravit; neque litteras didicit, neque ventitavit ad praeceptores; habebat enim ſecundum naturam, magiſtram firmam & validam propriam conſcientiam. Tanta autem ſpiritalis cognitionis fuit exornatus gratia, ut revera impleretur in eo, quod ſcriptum eſt: Dominus illuminat coecos. Vetus enim, & novum Teſtamentum interpretabatur ad verbum: dogmata autem ſubtiliter, & tam ſtre-

Digitized by Google

ſtrenue exponebat, ut omnes veteres ſuperarit cognitione. Is cum aliquando me cogeret in cella facere orationem, ego autem nollem, mihi dixit narrans: Ter in hanc cellam ingreſſus eſt Beatus Antonius, ut me viſeret; qui a me rogatus, ut faceret orationem, ſtatim genuflexit in hac cella, neque commiſit, ut quod dixeram, iterum repeterem, re ipſa quidem docens in obedientia: quare ſi tu quoque ejus veſtigia ſequeris, ut qui ſis Monachus, & hoſpes ob virtutem, omnem depone contentionem. Hic ipſe hoc quoque mihi narravit: Cum quodam die, ajebat, de vita miſeri Iuliani Imperatoris, utpote perſecutoris eſſem ſollicitus, & animo angerer, accidit, ut propter hanc ſollicitudinem ad veſperam uſque ſeram nihil comederem, & cum in ſedili ſederem, me ſomnus opprimeret, & viderem in extaſi equos albos cum inſeſſoribus percurrentes, & annuntiantes:
„ Dicite Didymo: hodie hora
„ ſeptima mortuus eſt Iulianus,
„ ſurge ergo & comede, & quod
„ tu ſcis, domum mitte ad Epi-
„ ſcopum Athanaſium, ut ille
„ quoque hoc ſciat. „ *Notavi autem, inquit, & horam, & diem*

γον, ὡς πάντας ὑπερβεβηκέναι τοὺς ἀρχαίους ἐν γνώσει. Τούτου ποτὲ ἀναγκάζοντός με ποιῆσαι εὐχὴν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ μὴ βουλομένου μου, ἔλεγέ μοι διηγούμενος, ὅτι εἰς τὴν κέλλαν ταύτην τρίτον εἰσῆλθεν ὁ μακάριος Ἀντώνιος ἐπισκεψόμενός με, καὶ παρακληθεὶς παρ᾽ ἐμοῦ ποιῆσαι εὐχὴν, εὐθὺς ἔκλινεν γόνυ ἐν τούτῳ τῷ κελλίῳ, καὶ οὐ παρεσκεύασέ με δευτερῶσαι τὸν λόγον, ἔργῳ με παιδεύσας ἐν τῇ ὑπακοῇ. ὥστε οὖν εἰ κατ᾽ ἴχνος βαίνεις, καὶ σὺ τῆς ἐκείνου πολιτείας, ὅτε τε μονάζων, καὶ δι᾽ ἀρετὴν ξενιτεύων, ἀπόθου πᾶσαν φιλονεικίαν. ὁ αὐτὸς διηγήσατό μοι καὶ τοῦτο, ὅτι ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν φροντίζοντός μου περὶ τῆς ζωῆς Ἰουλιανοῦ τοῦ ἀθλίου βασιλέως, ὡς διώκτου· καὶ ἀδημονοῦντός μου, ἔτυχε τότε ἄχρις ἑσπέρας βαθείας μηδενὸς γεύσασθαί με ἕνεκεν ταύτης τῆς φροντίδος· καὶ καθεζομένου μου ἐν τῷ θρόνῳ κατενεχθῆναι ὕπνῳ, καὶ ἰδεῖν ἐν ἐκστάσει ἵππους λευκοὺς διατρέχοντας μετὰ τῶν ἐπιβατῶν, καὶ κηρύττοντας, εἴπατε Διδύμῳ, σήμερον ἑβδόμην ὥραν ἐτελεύτησεν Ἰουλιανός· ἀναστὰς οὖν φάγε σὺ, καὶ γνῶσιν ἀπόστειλον τῷ ἐπισκόπῳ Ἀθανασίῳ ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἵνα κἀκεῖνος γνῷ περὶ τούτου. Καὶ ἐσημειωσάμην, φησὶ, καὶ τὴν ὥραν, καὶ τὴν ἡμέραν, καὶ τὴν ἑβδο-

ἑβδομάδα, καὶ τὸν μῆνα, καὶ εὕρη-ται οὕτως.

diem, & *hebdomadam*, & *menſem*, & *ſic inveni*. (a)

SOCRATES

H. Lib. IV. cap. 23. 25

XXVI. Τοὺς περὶ προνοίας καὶ κρίσεως κατὰ σαυτοῦ ἀεὶ γύμναζε λόγους, φησὶν ὁ μέγας καὶ γνωστικὸς διδάσκαλος Δίδυμος (b), καὶ τούτων τὰς ὕλας διὰ μνήμης φέρειν πειράθητι· ἅπαντες γὰρ σχεδὸν ἐν τούτοις προσπταίουσι· καὶ τοὺς μὲν περὶ κρίσεως λόγους ἐν τῇ διαφορᾷ τῶν σωμάτων, καὶ κατὰ τὸν κόσμον εὑρήσεις· τοὺς δὲ περὶ προνοίας ἐν τοῖς τρόποις τοῖς ἀπὸ κακίας καὶ ἀναγνωσίας ἐπὶ τὴν ἀρετὴν, ἢ ἐπὶ τὴν γνῶσιν ἡμᾶς ἐπανάγουσι.

„ Sermones (c) de providentia „ & de judicio Dei aſſidua „ meditatione tecum ipſe recole „ *ait magnus ille Doctor*, & *ſpiritali ſcientia inſtructus Didymus*, „ eorumque ſermonum materias „ fac in memoria circumferas: „ omnes enim fere in his labuntur. Et ſermones quidem ac rationes de judicio in differentia „ corporum, & in partibus mundi „ reperies: ſermones autem de „ providentia in modis illis, quibus a vitio, & ignorantia ad „ virtutem ducimur, deprehendes. „ (d)

Ὑπὸ

Sub

(a) Eadem ferme habentur *Roſvv.Vit.PP.p.938.* in eo, qui comuniter quidem inſcribitur *Heraclidis Paradiſus*; revera autem eſt vetus Latina verſio Lauſiacae Hiſtoriae: pervetuſtus enim Codex CXXXVI. Sanctae Crucis in Ieruſalem, ut obſervavit optimus Recalcatius, mecumque humaniter communicavit, haec praeſcripta habet: *Incipit Liber, qui appellatur Paradiſus Palladii Monachi, qui fuit diſcipulus Euagrii*. At in alia veteri quidem, ſed admodum decurtata Latina ejuſdem Lauſiacae verſione, *Roſvv. p.* 980. legitur: *In Sanctis Patribus Didymus fuit ſacrorum expoſitor librorum, qui multos libros ex Divinis Scripturis expoſuit .... Hic ſeptuaginta quinque annorum defunctus eſt*.

(b) Hic Didymus, eſt ille idem, de quo diſſerimus, non vero alter Monachus Didymus, de quo eodem in capite paulo antea ſcribit Socrates, aliique, ad nonaginta annos vixiſſe, & nullius tamen hominis contubernio uſum fuiſſe.

(c) Socratis, Sozomeni, & Theodoriti locis adſcribimus interpretationem Valeſii.

(d) Habentur haec etiam *Hiſtor. Tripart. Lib.* 8. *cap.* 1.

Sub idem tempus alium quoque fidelem virum Deus in medium produxit, eo conſilio, ut fides teſtimonio & aſſertione ejus roboraretur. Didymus enim vir plane admirabilis ac diſertiſſimus per id temporis in omni genere doctrinae florebat. Hic admodum adoleſcens cum jam prima litterarum elementa didiciſſet, in morbum oculorum incidit; quo quidem graviter vexatus videndi facultatem penitus amiſit. Verum Deus pro corporalibus oculis ſpiritales ei largitus eſt: nam ea quae oculorum viſu percipere non poterat, didicit audiendo. Cum enim a puero egregia eſſet indole & excellenti ingenio praeditus, aequales ſuos, qui oculorum acie pollebant, longe ſuperavit: quippe & grammaticae praecepta facile addidicit, & rhetoricae multo adhuc celerius. Inde ad Philoſophiam tranſgreſſus admirabili facilitate dialecticam, arithmeticam, & muſicam perdidicit, & reliquas Philoſophorum diſciplinas adeo penitus in animo ſuo recondidit, ut adverſus illos, qui eas artes oculorum beneficio perceperant, prompte atque alacriter diſputaret. Sed & Divina Oracula, quae tam in Vetere quã

in

XXVII. Et Cap. 25. Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους καὶ ἕτερον ἄνδρα πιστὸν ἔδειξεν ὁ Θεὸς, δι' αὐτοῦ μαρτυρηθῆναι δικαιώσας τὴν πίστιν· Δίδυμος γὰρ ἀνὴρ θαυμαστὸς καὶ ἐλλόγιμος. κατὰ τὸν αὐτὸν ἤνθησε χρόνον, πάσῃ διαπρέψας παιδεύσει· ὃς τοῦ κομιδῆ νέος ὢν, καὶ τὰ πρῶτα τῶν γραμμάτων στοιχεῖα μαθὼν τῷ τῆς ὀφθαλμίας περιέπεσε πάθει· καὶ κακῶς διατεθεὶς τὸ ὁρατικὸν ἀπέβαλεν· ὁ Θεὸς δὲ αὐτῷ ἀντὶ τῶν αἰσθητῶν ὀφθαλμῶν παρέχει τοὺς νοητούς· ἃ γὰρ δι' ὀφθαλμῶν παιδευθῆναι οὐκ ἴσχυσε, ταῦτα δι' ἀκοῆς ἐξεμάνθανε· ἐκ παιδὸς γὰρ ὢν εὐφυὴς καὶ ψυχῆς λαχὼν ἀγαθῆς, ἐνίκα τοὺς εὐφυεῖς, καὶ ὀξύτατα βλέποντας, Γραμματικῆς τε γὰρ τοὺς κανόνας ῥαδίως κατώρθου, καὶ Ῥητορικῆς πάλιν θᾶττον ἐλάμβανεν· ἐλθὼν δὲ ἐπὶ τὰ Φιλόσοφα, θαυμαστῶς πως καὶ τὴν Διαλεκτικὴν ἐξέμαθε, καὶ Ἀριθμητικήν τε καὶ Μουσικὴν, καὶ τὰ ἄλλα τῶν φιλοσόφων μαθήματα ἐν τῇ ψυχῇ κατέθετο, ὡς προθύμως αὐτὸν ἀπαντᾶν πρὸς τοὺς ταῦτα δι' ὀφθαλμῶν κατορθώσαντας· οὐ μὴν ἀλ-

λὰ

λὰ καὶ τὰ θεῖα λόγια παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης οὕτως ἀκριβῶς ἐγνώκει, ὥστε πολλὰ μὲν ἐκδοῦναι βιβλία. ὑπαγορεῦσαι δὲ καὶ τὰ περὶ τριάδος τρία βιβλία· ἑρμηνεῦσαι δὲ καὶ τὰ περὶ ἀρχῶν Ὠριγένους, ὑπομνήματά τε ἐκδοὺς εἰς αὐτά, δι' ὧν συνίστησιν ὡς εἴη ἄριστα γεγραμμένα, καὶ μάτην ἐπιχειροῦσιν οἱ κατηγορεῖν τοῦ ἀνδρὸς καὶ τὰ βιβλία διασύρειν σπουδάζοντες· μὴ δὲ γὰρ αὐτοὺς δύνασθαι, φησίν, ἑλεῖν τὴν τοῦ ἀνδρὸς σύνεσιν· εἴτις οὖν τὴν πολυμαθίαν καὶ τὸ διάπυρον τῆς ψυχῆς Διδύμου γνῶναι προῄρηται, ἐντυχὼν τοῖς πεπονημένοις αὐτῷ βιβλίοις μαθήσεται· τούτῳ λέγεται καὶ Ἀντώνιον ἤδη πρότερον κατὰ τὸν Οὐάλεντος χρόνον, ὅτε διὰ τοὺς Ἀρειανοὺς ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ ἐκ τῆς ἐρήμου κατῆλθεν, ἐντυχεῖν τῷ Διδύμῳ, καὶ μαθόντα τὴν τοῦ ἀνδρὸς σύνεσιν, εἰπεῖν πρὸς αὐτόν· μηδὲν ὁ Δίδυμε ταραττέτω σε ἡ τῶν αἰσθητῶν ὀφθαλμῶν ἀποβολή· τοιοῦτοι γάρ σοι λείπουσιν ὀφθαλμοί, οἷς καὶ μυῖαι καὶ κώνωπες βλέπειν ἰσχύουσιν· χαῖρε δὲ ὅτι ἔχεις ὀφθαλμούς, οἷς καὶ Ἄγγελοι βλέπουσι, δι' ὧν καὶ ὁ Θεὸς θεωρεῖται, καὶ τὸ αὐτοῦ φῶς καταλαμβάνεται· ταῦτα μὲν ἤδη πρότερον παρὰ τοῦ θεοφιλοῦς Ἀντωνίου πρὸς Διδυ-

in Novo Teſtamento continentur, adeo perfecte norat, ut multos in ea conſcriberet libros: Ac praeterea de Trinitate tres libros dictavit; & Origenis libros de Principiis interpretatus eſt editis in eos commentariis, quibus illos recte ſcriptos eſſe aſſerit, fruſtraque contendere eos, qui virum illum accuſare, & libros ejus calumniari conantur: neque enim, inquit excellentem hominis ſapientiam intelligentia aſſequi poſſunt. Si quis igitur multiplicem Didymi eruditionem, & animi ejus ardorem cognoſcere deſiderat, id ex libris, qui ab illo ſunt elaborati, facile perſpiciet. Cum hoc Didymo Antonius Monachus diu ante Valentis tempora colloquutus eſſe dicitur, tunc cum propter Arianos relicta ſolitudine venit Alexandriam, perſpectaque hominis doctrina haec ei dixiſſe: „ Nihil te moveat, o Di„ dyme, jactura corporalium ocu„ lorum; ejuſmodi enim oculis or„ batus es, quibus & muſcae & cu„ lices videre poſſunt. Gaude po„ tius, quod illos habeas oculos, „ quibus Angeli vident, quibus „ Deus cernitur, & Lux ejus com„ prehenditur. „ *Et iſtud quidem diu ante haec tempora ab Antonio dictum*

dictum eſt Didymo. Tunc vero maximus Fidei patronus ac propugnator Didymus habebatur, quippe qui adverſus Arianos validiſſime diſputaret, eorumque ſophiſticas cavillationes diſſolveret, & falſos ac fraudulentos eorum ſermones refelleret.

Δίδυμον εἴρηται· τότε δὲ μέγιστος συνήγορος τῆς οἰκείας πίστεως ἐθαύμαστο Δίδυμος, πρὸς τοὺς Ἀρειανοὺς ἀπαντῶν, καὶ σοφίσματα ἀναλύων αὐτῶν, καὶ τοὺς κιβδήλους καὶ δολεροὺς αὐτῶν λόγους ἐξελέγχων.

Ac Didymum quidem Arianis, qui Alexandriae erant Divina oppoſuit providentia.

XXVIII. Et Cap. 26. Ἀλλὰ Δίδυμον μὲν τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἀρειανίζουσιν ἡ τοῦ Θεοῦ ἀντέταξε πρόνοια.

SOZOMENVS

Lib. III. cap. 15.

SVB idem tempus Didymus quoque Eccleſiaſticus Scriptor floruit, Scholae ſacrarum diſciplinarum in urbe Alexandrina Praefectus. Hic omnis generis ſcientia pectus ſuum impleverat. Nam & Poetas, & Oratores; Geometriam item, Aſtronomiam, & Arithmeticam, & Philoſophorum opiniones callebat. Horum autem omnium rerum notitiam ſola mente atque auditione erat aſſequutus. Etenim adhuc puer, cum prima elementa diſceret, luminibus orbatus eſt: poſtea vero pubertatis annos ingreſſus liberalium diſciplinarum cupiditate exarſit, earumque Doctores

XXIX. Ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ Δίδυμος Ἐκκλησιαστικὸς συγγραφεὺς διέπρεπε, προϊστάμενος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τοῦ ἱεροῦ διδασκαλείου τῶν ἱερῶν μαθημάτων· ἐν τούτῳ δὲ καὶ παντοδαπῇ σοφίᾳ ᾤκει Ποιηταί τε, καὶ Ῥήτορες, Ἀστρονομία τε καὶ Γεωμετρία, καὶ Ἀριθμοὶ, καὶ δόξαι Φιλοσόφων· πάντων δὲ νῷ μόνῳ καὶ ἀκοῇ εἴδησιν ἐκτήσατο· νέος γὰρ ἔτι τυφλὸς ἐγένετο ἐν τῇ πρώτῃ πείρᾳ τῆς μαθήσεως τῶν στοιχείων· ἤδη δὲ εἰς ἐφήβους τελῶν, ἐπεθύμησε λόγων καὶ παιδείας· καὶ τοῖς ταῦτα διδάσκουσι

Digitized by Google

σι φοιτῶν, ἠκροᾶτο μόνον· καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἦλθε σοφίας, ὡς καὶ τῶν ἐν τοῖς μαθήμασι σκολιῶν θεωρημάτων ἐφικέσθαι· λέγεται δὲ τοὺς χαρακτῆρας τῶν γραμμάτων σανίδι καταχαραχθέντας εἰς βάθος, ἐκμαθεῖν τοῖς δακτύλοις ἐφαπτόμενος· συλλαβὰς δὲ καὶ ὀνόματα καὶ τὰ ἄλλα ἐφεξῆς, καταλήψει νοῦ καὶ συνεχεῖ ἀκροάσει καὶ ἀναμνήσει τῶν ἀκοῇ θηρωμένων· ἦν δὲ οὐ τὸ τυχὸν θαῦμα· καὶ πολλοὶ κατὰ κλέος τοῦ ἀνδρὸς εἰς Ἀλεξάνδρειαν παρεγίνοντο, οἱ μὲν αὐτοῦ ἀκουσόμενοι, οἱ δὲ ἱστορήσοντες μόνον· ἐλύπει δὲ οὐ μετρίως τοὺς Ἀρείου, τῷ δόγματι τῆς ἐν Νικαίᾳ Συνόδου συνιστάμενος· ἔπειθε γὰρ ῥᾳδίως, οὐ βίᾳ λόγων τοῦτο ποιεῖν δοκῶν· ἀλλ᾽ ὑπὸ τοῦ ἄγαν πειθοῦς, ἕκαστον αὐτῶν οἱονεὶ κριτὴν καθίστη τῶν ἀμφιβόλων· τοῖς δὲ ἀπὸ τῆς Καθόλου Ἐκκλησίας περισπούδαστος ἦν· ἐπῄνει δὲ αὐτὸν, καὶ τὰ τάγματα τῶν ἐν Αἰγύπτῳ Μοναχῶν, καὶ Ἀντώνιος ὁ μέγας· ὅν φασι τότε ἐπὶ μαρτυρίᾳ τῆς Ἀθανασίου πίστεως ἐκ τῆς ἐρήμου παραγινόμενον εἰς Ἀλεξάνδρειαν, τάδε πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν· οὐ χαλεπὸν, οὐδὲ λύπης ἄξιον

ctores frequentans aures tantum commodabat. Tantum tamen in omni eruditione profecit, ut difficillima quoque mathematicae theoremata perceperit. Fertur autem litterarum formas in tabula altius inciſas digitis ſolum pertractando didiciſſe: ſyllabas item, & nomina, ac reliqua deinceps ſola mentis comprehenſione, & aſſidua auditione, rerumque, quas audiverat, recordatione percepiſſe. Fuit autem non vulgare miraculum: multique fama ejus impulſi Alexandriam ſe contulerunt; alii ejus audiendi, alii tantum videndi cauſſa. Ceterum Arianos non mediocri dolore afficiebat, dum Synodi Nicaenae doctrinam aſſereret. Perſuadebat enim facillime; idque non ſermonum violentia, ſed pro ea, qua valebat, perſuadendi facultate unumquemque illorum velut arbitrum controverſiae conſtituens. Omnes autem Catholici ſingulari benevolentia eum complectebantur. Sed & Monachorum agmina in Aegypto degentium eum magnopere laudabant, & Magnus ille Antonius: quem quidem ferunt, cum Alexandriam eo tempore veniſſet, ut Athanaſii fidem ſuo teſtimonio comprobaret,

baret, Didymo haec dixiſſe : Non eſt grave, nec dolendum, ó Didyme, quod oculis careas, quibus lacertae, mures, & viliſſima praedita ſunt animalia : ſed beatum potius & jucundum eſt, quod perinde atque Angeli oculos habeas, quibus Deum perſpicue contemplaris, & veram notitiam exacte percipis.

Eodem die Didymus quoque Eccleſiaſticus Philoſophus Alexandriae degens, cum, utpote Imperatore adverſus Religionem peccante, graviſſimo dolore afficeretur, tum propter ipſum vano errore deceptum, tum ob contumeliam Eccleſiarum, jejuniis & orationibus vacabat. Cumque prae nimia ſollicitudine, ne ſuperveniente quidem nocte cibum ſumſiſſet, in cathedra ſedens ſomno oppreſſus eſt, ac velut in mentis exceſſu poſitus equos candidos per aërem diſcurrentes videre ſibi viſus eſt, viroſque ipſis inſidentes ita clamantes audire : „ Nuntiate „ Didymo, hodie Iulianum hac „ ipſa hora peremptum eſſe ; id- „ que ille Athanaſio Epiſcopo ſigni- „ ficet, & ſurgens comedat. „ *Et haec quidem tum a familiari Iuliani, tum a Didymo Philoſopho viſa fuiſſe accepi.*

ἄξιον ὦ Δίδυμε, ὀφθαλμῶν ἀπορεῖν σε, ὧν μέτεστι σαύραις καὶ μυσὶ καὶ τοῖς εὐτελέσι ζώοις· μακαρίζειν δὲ καὶ χαίρειν, ὅτι παραπλησίως Ἀγγέλοις τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχεις, δι' ὧν σαφῶς τὸ θεῖον κατανοεῖς, καὶ τὴν ἀληθῆ γνῶσιν ἀκριβῶς ὁρᾷς.

XXX. Et Lib. VI. c. 2. Κατ' ἐκείνην δὲ τὴν ἡμέραν καὶ Δίδυμος ὁ Ἐκκλησιαστικὸς φιλόσοφος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διατρίβων οἷά γε τοῦ βασιλέως εἰς τὴν θρησκείαν διασφαλέντος, περίλυπος ὤν, διά τε αὐτὸν ὡς πεπλανημένον, καὶ διὰ τὴν καταφρόνησιν τῶν Ἐκκλησιῶν, ἐνήστευέ τε καὶ τὸν Θεὸν περὶ τούτου ἱκέτευεν· ὑπὸ δὲ τῆς μερίμνης, οὐδὲ τῆς νυκτὸς ἐπιγινομένης μεταλαβὼν τροφῆς, ἐπὶ θρόνου καθεζόμενος εἰς ὕπνον ἠνέχθη· Καὶ ὡς ἐν ἐκστάσει γεγονὼς ἔδοξεν ὁρᾷν ἵππους λευκοὺς ἐν τῷ ἀέρι διατρέχοντας, τοὺς δὲ ἐπ' αὐτῶν ὀχουμένους κηρύττειν· ἀγγείλατε Διδύμῳ, σήμερον περὶ τήνδε τὴν ὥραν Ἰουλιανὸν ἀνῃρῆσθαι. καὶ Ἀθανασίῳ τῷ Ἐπισκόπῳ τοῦτο μηνυσάτω, καὶ ἀναστὰς ἐσθιέτω· καὶ ἃ μὲν τεθέαται ὅ τε Ἰουλιανοῦ οἰκεῖος, καὶ ὁ φιλόσοφος, ὧδε γενέσθαι ἐπυθόμην.

 THEO-

Digitized by Google

H. E. Lib. IV. c. 29.

XXXI. Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον, ἐν Ἐδέσσῃ μὲν Ἐφραὶμ ὁ θαυμάσιος, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ διέπρεπε Δίδυμος, κατὰ τῶν ἀντιπάλων τῆς ἀληθείας δογμάτων συγγράφοντες .... ὁ δὲ Δίδυμος παιδόθεν τῆς ὀπτικῆς ἐστερημένος αἰσθήσεως καὶ ποιητικῶν καὶ ῥητορικῶν μετέλαχε παιδευμάτων· ἀριθμητικῆς τε, καὶ γεωμετρίας, καὶ ἀστρονομίας, καὶ τῶν Ἀριστοτέλους συλλογισμῶν, καὶ τῆς Πλάτωνος εὐεπείας διὰ τῆς ἀκοῆς εἰσεδέξατο τὰ μαθήματα, οὐχ ὡς ἀλήθειαν ἐκπαιδεύοντα, ἀλλ' ὡς ὅπλα τῆς ἀληθείας κατὰ τοῦ ψεύδους γινόμενα· καὶ μέντοι καὶ τῆς θείας γραφῆς μεμάθηκεν, οὐ μόνον τὰ γράμματα, ἀλλὰ καὶ τύπων νοήματα. Ἐν μὲν οὖν ἀσκηταῖς, καὶ τῆς ἀρετῆς φροντισταῖς οὗτοι κατ' ἐκεῖνον διέλαμπον τὸν καιρόν.

PER idem tempus Edeſſae quidem Ephraem admirabilis; Alexandriæ vero florebat Didymus; uterque adverſus dogmata veritati contraria libros conſcribens . . . . Didymus vero, cum a puero luminibus orbatus fuiſſet, Poeticam nihilominus ac Rhetoricam artem didicit: Arithmeticam praeterea, ac Geometriam, & Aſtronomiam; Ariſtotelis item ſyllogiſmos, & Platonis facundiam aurium ſenſu percepit, non tanquam diſciplinas, quae veritatem docerent; ſed velut tela, quibus veritas adverſus mendacium uti poteſt. Sacrae quoque Scripturae, non litteras ſolum, ſed & illarum ſenſus edidicit. Inter Monachos igitur, & virtutis ſtudioſos cultores, iſti, quos diximus, tunc temporis enituere.

CASSIODORVS

Hiſtor. Tripart. Lib. VIII. cap. 8.

XXXII. *EO quoque tempore Virum alium fidelem produxit Deus, ut per eum Fidei teſtimonium perhiberet, Didymum admirabilem Virum, qui omni tunc doctrina florebat. Is cum parvus adhuc*

adbuc prima litterarum elementa doceretur, morbo oculorum perdidit viſum. Cui Deus pro viſibilibus oculis intelligibiles condonavit. Nam quod per oculos doceri non potuit, auditu vigilanti cognovit: qui cum a puero fuiſſet ingenioſus, vincebat etiam acuta conſpicientes. Facile namque regulas Grammaticae atque Rhetoricae artis didicit. Cumque veniſſet ad Philoſophiam, mirabiliter Dialecticam, Arithmeticam, Muſicam, aliaſque Philoſophiae diſciplinas didicit, animoque recondidit, ita ut celeriter obviaret eis, qui oculis inſpectoribus talia didiciſſent. Sed etiam Vetus Novumque Teſtamentum adeo perfecte cognovit, ut multos ederet libros: qui & de Trinitate tres Libros fecit, & Origenis Opus de Principiis, ideſt περὶ ἀρχῶν interpretatus, in id explanationes reliquit eximias. Fertur vero Antonius, cum Valentis tempore propter Arianos veniſſet in Alexandriam, vidiſſe Didymum, eique dixiſſe: „ Non te conturbet, o Didyme, amiſſio „ ſenſibilium oculorum, tales enim oculi tibi deſunt, quibus muſcae „ & pulices frui utique poſſunt. Sed gaude potius te habere oculos, „ quibus etiam Angeli coutuntur, per quos videtur Deus, & ejus lu- „ men inſpicitur. „

XXXIII. Inſtitut. Divin. Litt. cap. 5. *In quo Libro* (Proverbiorum) *Didymum expoſitorem in Graeca lingua reperimus, qui ab amico noſtro viro diſertiſſimo Epiphanio in Latinum ſermonem diligentiſſime Domino juvante translatus eſt. Quem Didymum quamvis carne coecum, merito Beatus Antonius Pater Monachorum prophetali lumine vocavit Videntem, quando perſpicuo corde conſpexit, quod corporeis oculis non valet intueri. Mirum eſt enim dicere quantis diſciplinis atque artibus audiendo imbutus fuerit, qui ipſos apices quoque litterarum privatus carnali lumine nequibat inſpicere.*

XXXIV. Et cap. 8. *Sed cum de reliquis Canonicis Epiſtolis magna nos cogitatio fatigaret, ſubito nobis Codex Didymi graeco ſtylo conſcriptus in expoſitionem ſeptem Canonicarum Epiſtolarum Domino largiente conceſſus eſt; qui ab Epiphanio viro diſertiſſimo Divinitate juvante translatus eſt.*

ADO

Digitized by Google

ADO

In Chronico ad an. Ch. 385.

XXXV. *Didymus Alexandrinus oculis captus, & ob id elementorum quoque ignarus, tantum miraculum ſui omnibus praebuit, ut Dialecticam quoque, & Geometriam, quae vel maxime viſu indigeret, uſque ad perfectum didicerit.*

CEDRENVS

Hiſt. Compend. ad annum VI. Conſtantii p. m. 336.

XXXVI. Τούτῳ τῷ ἔτει Δίδυμός τις ἐλλόγιμος ἀνὴρ, ἀπὸ ὀμμάτων ἐγνωρίζετο. Τούτῳ ἐντυχὼν ὁ μέγας Ἀντώνιος κ. τ. ε.

EO anno Didymus quidam, Vir praeclarus, oculis captus innotuit. Ad hunc Magnus ille Antonius accedens &c.

SIGEBERTVS

In Chronico ad an. Ch. 396.

XXXVII. *Didymus abſque oculis anno aetatis* LXXXV. *Alexandriae obiit.*

NICEPHORVS CALLITI

H. E. lib. IX. cap. 17.

XXXVIII. Καιροῖς δὲ ἐκείνοις καὶ ὁ Ἐκκλησιαστικὸς συγγραφεὺς Δίδυμος ἐγνωρίζετο, ὁ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διατριβῆς προϊστάμενος τῶν ἱερῶν μαθημάτων· ἦν δὲ οὐ μόνον ἐν τούτῳ τὸ δόκιμος εἶναι κτησάμενος, ἀλλὰ καὶ τῆς

Temporibus autem eis clarus etiam fuit Eccleſiaſticus Scriptor Didymus, Scholae ſacrarum diſciplinarum Alexandriae Praefectus. Neque vero laudem in ea eruditione tantum meritus fuerat: verum etiam omne genus alte-

Digitized by Google

alterius ſapientiae ſummo excoluerat ſtudio. Poëticam namque & Oratoriam perfectiſſime didicerat; de aſtronomia autem, & geometria, numerorumque proportionibus, & convenientiis nihil eum latebat. In diverſas Philoſophorum opiniones tanta incubuerat, ut eas exacte perdiſceret, cura, ut praeterea aliud nihil ſcire videretur; quae ſane omnia acumine mentis, & auditionis perceperat. In pueritia namque viſum prorſus amiſit, quum elementa prima diſcenda ei eſſent. Ephebus vero artium liberalium eruditionem adamavit, atque in Scholis praeceptores audiebat tantum. Eo vero ſapientiae brevi pervenit amplitudine, & celeritate ingenii, ut mathematicarum artium obſcura, & theorematum ſpeculationumque arcana exactiſſime addidicerit: & cum coecus eſſet litterarum notitiam manuum contrectatione aſſequutus eſſe dicitur; nam earum formas in tabula altius exculptas ſaepius tangendo cognovit. Alia porro, ut ſyllabas litterarumque connexiones, & quae ordine conſequuntur cetera, propter naturae acumen animo & auditu perveſtigata percepit: prae-

τῆς ἄλλης παντοδαπῆς σοφίας ἐπ' ἀκριβὲς ἔχων· τούς τε γὰρ ποιητὰς καὶ ῥήτορας εἰς ἄκρον ἠπίστατο· ἀστρονομίας δὲ καὶ γεωμετρείας, καὶ ἀριθμῶν ἀναλογίας, οὐδὲν ἐκείνῳ παρεῖτο λαθεῖν· ἐπὶ τόσον δὲ τὰς διαφόρους δόξας τῶν Φιλοσόφων ἠκρίβωσεν, ὡς ἄλλο μηδὲν εἰδέναι δοκεῖν. ἃ δὴ πάντα νῷ τε καὶ ἀκοῇ προσεκτήσατο. νήπιος γὰρ πάμπαν τυφλὸς γενόμενος εἰς πεῖραν μόνην τῶν στοιχείων ἐλθεῖν· εἰς ἐφήβους δὲ παρελθάσας τῆς τῶν λόγων ἐρασθῆναι παιδείας. Καὶ δὴ τοῖς διδασκαλείοις φοιτῶν ἠκροᾶτο μόνον· εἰς τόσον δ' ἥκει σοφίας δι' ὀλίγου μεγέθει καὶ τάχει φύσεως, ὡς καὶ τὰ τῶν μαθημάτων σκολιὰ καὶ ἀπόρρητα τῶν θεωρημάτων εἰς ἄκρον μαθεῖν· τυφλὸν δ' ὄντα λέγεται μαθεῖν τὰ γράμματα τῇ ἁφῇ τῆς χειρός· τοὺς γὰρ τῶν γραμμάτων τύπους σανίδι εἰς βάθος ἐνσημανθέντας ἐπαφώμενον γνῶναι· τὰ δ' ἄλλα συλλαβὰς καὶ μίξεις καὶ τὰ ἑξῆς διανοίας ὀξύτητι τοῦ νοῦ θηράσαι καὶ ἀκοῇ. θαῦμα δ' ἦν ἐξαίσιον καὶ ἀκουόμενος καὶ ὁρώμενος· πολλοὶ μὲν οὖν καὶ εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἧκον·

ἧκον, οἱ μὲν κατὰ θέαν μόνην τἀνδρὸς, οἱ δὲ καὶ τῆς ῥεούσης τοῖς λόγοις χάριτος ἀκουσόμενοι. τῆς δ' ἐν Νικαίᾳ δόξης ὑπεριστάμενος Ἀρειανοῖς ἀντέπιπτε· ἥρει δὲ αὐτοὺς τῇ πειθοῖ τῶν λόγων, ἣν οὐ βίᾳ ποιεῖν ἐδόκει· τοῖς δ' ἀμφιβαλλομένοις προτείνων τοὺς λόγους, τῶν διαμαχομένων τὴν κρίσιν ἐπέτρεπε· ὁ δὲ μάλα πειθήνιος ἦν· τοῖς δὲ ὀρθὸν δοξάζουσι διὰ τοῦτο ἐράσμιος μάλιστα· οὐ τούτοις δὲ μόνοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ μοναχοῖς διὰ τιμῆς ἦγετο· καὶ μᾶλλον ὁ διαβόητος ἐν ἀσκήσει Ἀντώνιος, διὰ θαύματος αὐτὸν ἐποιεῖτο· ὅν φασι τὴν Ἀλεξάνδρειαν κατειληφότα τὸ βέβαιον τῆς Ἀθανασίου πίστεως μαρτυρούμενον, τοιαῦτα πρὸς Διδύμῳ εἰπεῖν· οὐ χρεὼν ὦ Δίδυμε, λύπαις σαυτὸν ἐκτήκειν, στερούμενον ὀφθαλμῶν. οἷς μέτεστι καὶ μυσὶ καὶ σαύραις καὶ τοῖς ἀφανεστέροις τῶν ζωϋφίων· ἥδεσθαι δὲ μᾶλλον καὶ χαίρειν, οἷς παραπλησίως ἀγγέλοις τοῖς ἔνδον ὁρᾷς ὀφθαλμοῖς· δι' ὧν ξαυγὰς τὴν ἀκήρατον, καὶ θεῖαν γνῶσιν κατανοεῖς, καὶ τὴν ἀλήθειαν ἀκει-

praecipuumque ipſe miraculum fuit, quum audiretur, & conſpiceretur. Multi quidem vel ut virum eum tantum viderent, vel ut ſuavem gratamque orationem audirent, Alexandriam venere. Pro Nicaenis vero decretis pugnans Arianis reſtitit, eoſque orationis ſuae ſuadela, quam vi nulla adhibere videbatur, preſſit. Et ad eos, qui ſecum diſputabant, verba faciens, rerum controverſarum judicium detulit. Et cum ad morem gerendum & credendum facilis erat, tum orthodoxis eo nomine carus maxime fuit; nec ab his tantum, ſed etiam a Monachis Aegyptiis magno honore cultus eſt. Praecipue vero eum clariſſimus ille pietatis exercitio Antonius admiratus eſt: quem dicunt, quum Alexandriam veniſſet, ut Athanaſio firmae certaeque Fidei perhiberet teſtimonium, haec ad Didymum proloquutum eſſe verba: „ Non eſt, Didyme, quod

„ teipſum moerore conficias, pro-
„ pterea quod oculis careas, quos
„ mures, lacertae, & vilia anima-
„ cula habent: voluptate potius &
„ laetitia efferri te convenit, qui
„ itidem, ut Angeli, internis ma-
„ xime vigeas oculis, quibus cla-
„ re

„ re immortalem & Divinam cognitionem percipis.„ *Hic boſce reliquit libros. In totum Pſalmorum librum varios Commentarios: In Oſee, & Zachariam libros quinque: in Eſaiam libros duodeviginti: in Euangelium ſecundum Matthaeum, & ſecundum Ioannem non parvos Commentarios ſcripſit: Inſuper contra Arianos; & de Spiritu Sancto; aliaque ſcripta plurima compoſuit.*

Sed & Didymus Eccleſiaſticus Philoſophus domicilium Alexandriae habens in moerore maximo fuit, quum propter Imperatorem, qui tam impiam ſequeretur Religionem, tum quod Eccleſias tantopere contemni videret. Quapropter jejuniis ſeſe maceravit, Deum precibus invocavit; ac ne noctu quidem alimenti quidquam ſumſit; propter ingentem ſane dolorem in cella confidens ſomno obrutus eſt, deinde conſternatione correptus equos candidos per aerem diſcurrentes ſibi videre eſt viſus, & qui eis inſidebant equites voce praeclara promulgantes: Denuntiate Didymo, hac ipſa hora Iulianum eſſe caeſum: idipſum Athanaſio quoque ſignificetur: & Didymus exurgens cibum capiat.

ἀκριβῶς εἰσορᾷς. Βιβλία δὲ οὗτος καταλέλοιπε ταῦτα· εἰς τὴν τῶν Ψαλμῶν βίβλον ὅλην διάφορα ὑπομνήματα· εἰς τὸν Ὠσηὲ καὶ Ζαχαρείαν λόγους πέντε· εἰς τὸν Ἡσαΐαν λόγους δεκαοκτώ· εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον καὶ κατὰ Ἰωάννην οὐκ ἐλάχιστα ὑπομνήματα· ἔτι δὲ καὶ κατὰ Ἀρειανῶν, καὶ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ ἕτερα συγγράμματα πλεῖστα.

XXXIX. Et Lib. x. cap. 35. Ἀλλὰ καὶ Δίδυμος ὁ τῆς Ἐκκλησίας φιλόσοφος τὴν Ἀλεξάνδρου οἰκῶν, περίλυπος μάλιστα ἦν· διά τε τὸν κρατοῦντα θρησκεύειν οὕτως ἑλόμενον, καὶ διὰ τὴν Ἐκκλησιῶν καταφρόνησιν· νηστεύων οὖν διὰ ταῦτα, καὶ τὸν Θεὸν ἱλεούμενος, ὑπὸ τῆς ἄγαν μερίμνης οὐδὲ τῆς νυκτὸς τροφῆς μεταλαβών, οὕτως ἐπὶ θρόνου καθήμενος εἰς ὕπνον ἐξέπεσεν· εἰς ἔκστασιν δ' ἐλθὼν, λευκοὺς ὑπ' ἀέρι τρέχοντας ἵππους ἔδοξεν ὁρᾷν· οἱ δ' ἱππόται τούτων ἔποχοι ὄντες, ἐκήρυττον· Ἀναγγείλατε Διδύμῳ, ὡς περὶ τήνδε τὴν ὥραν ἀνῄρηται Ἰουλιανός· τοῦτο δὲ καὶ Ἀθανασίῳ τῷ πάνυ διαμηνυέτω, καὶ ἀναστὰς μετεχέτω τροφῆς.

Digitized by Google

XL. Et Lib. xi. cap.42. Μετά γε μὴν τὸν Σύρον Ἐφραὶμ ἐπισημότατοι ἐγνωρίσθησαν, καὶ τὴν κατ' ἄμφω φιλοσοφίαν Δίδυμος ὁ Ἀλεξανδρεύς, καὶ Εὐάγριος ὁ Αἰγύπτιος .... ἄμφω περὶ τὸ ὑγιὲς τῆς πίστεως δόγμα χωλαίνοντες ἦσαν, καίπερ πλεῖστα λόγων βέλη κατὰ τῶν τῆς ἀληθείας ἀφιέντες ἐχθρῶν.

Poſt Ephraem Syrum celeberrimi in utraque philoſophia fuere Didymus Alexandrinus, & Evagrius Aegyptiacus .... Ambo iſti in ſana Fidei doctrina claudicarunt, etſi plura Scriptorum tela in veritatis hoſtes jecerint.

FRAGMENTVM

Ex Codice Barocciano 142. fol. 216. (a)

XLI. Καί φησι Φίλιππος ὁ Σιδήτης ἐν λόγῳ κδʹ. Τοῦ διδασκαλείου τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἀθηναγόρας πρῶτος ἡγήσατο, κατὰ τοὺς χρόνους ἀκμάσας Ἀδριανοῦ, καὶ Ἀντωνίνου, οἷς καὶ τὸν ὑπὲρ Χριστιανῶν πρεσβευτικὸν προσεφώνησεν· Ἀνὴρ ἐν αὐτῷ Χριστιανίσας τῷ τρίβωνι, καὶ τῆς Ἀκαδημαϊκῆς σχολῆς προεστάμενος. Οὗτος πρὸ τοῦ Κέλσου κατὰ Χριστιανῶν γράψαι προθυμηθείς, ἐντυχὼν ταῖς θείαις γραφαῖς εἰς τὸ ἀκριβέστερον ἀγωνίσασθαι, οὕτως ἥλετο τῷ παναγίῳ Πνεύματι ὥστε διδάσκαλον κατὰ τὸν μέγαν Παῦλον ἀντὶ διώκτου γενέσθαι τῆς πίστεως

Inquit etiam Philippus Sidetes Sermone XXIV. *Scholae praefuit Alexandrinae primus Athenagoras: qui Adriani floruit temporibus atque Antonini, quibus etiam Legatoriam* orationem *pro Chriſtianis inſcripſit; Religionem Chriſtianam in ipſo quoque pallio profeſſus, & Scholae Academicae Praefectus. Hic cum in animo haberet Chriſtianos ante Celſum ſcriptis oppugnare, luſtratis eamente Scripturis, ut ſuſceptam oppugnationem inſtitueret accuratius, ita captus a Spiritu Sancto eſt, ut ad exemplum Magni Pauli ex perſecutore Doctor effectus ſit illius*

(a) Hoc fragmentum edidit Henricus Dodvvellus Oxon. 1689. poſt Diſſertationes in Irenaeum p. 488. pluribus adjectis adnotationibus. Ego autem hic iterum edendum duxi, ne, qui Dodvvelli Opere carent, illius deſiderio teneantur, quod contingere fortaſſis potuiſſet, ſi inde tantum, quae ad rem meam pertinent, delibaſſem. Opinatur autem Dodvvellus hoc fragmentum pertinere ad ea, quae Nicephorus Calliſti e Veteribus excerpſerit.

Digitized by Google

illius Fidei, quam fuiſſet perſequutus. Hujus diſcipulum, ait Philippus fuiſſe Clementem cognomine *Stromatea, Clementiſque Pantaenum. Pantenus vero etiam ipſe Athenienſis, Philoſophus erat Pythagoreus. Euſebius autem ex adverſo dicit Pantaenum Clemenmentis fuiſſe praeceptorem, cujus etiam tanquam praeceptoris meminerit* Clemens in *hypotypoſibus. Ceterum ille Pantaenus diſcipulum*

στως ἐδίωκεν· τούτου μαθητὴν γενέσθαι, φησὶν ὁ Φίλιππος, τὸν Στρωματέα Κλήμεντα, καὶ Πάνταινον τοῦ Κλήμεντος· Ὁ δὲ Πάνταινος καὶ αὐτὸς Ἀθηναῖος ὑπῆρχε φιλόσοφος πυθαγόρειος· Εὐσέβιος δέ φησι τοὐναντίον ὅτι Πάνταινος τοῦ Κλήμεντος διδάσκαλος γέγονεν, οὗ καὶ ὡς διδασκάλου ἐν ταῖς ὑποτυπώσεσιν μέμνηται (a)· Οὗτος δὲ ὁ Πανται-

νος

(a) Adnotavit Dodvvellus: *quod Pantaenum faciat in Schola Catechetica juniorem; id quoque novum, nec ab alio quocumque proditum.... Teſtis primarius eſt Rhodon ipſe Alexandrinus, quique adeo tot Alexandrina recte ſcire potuit, quae coaevum latuerint Hieronymum....nec tamen illa innotuiſſe Hieronymo e Catalogo ejus colligitur & Chronico.... Et quidem fide majore habendum eſſe Rhodonem, quam ipſe ſit habendus Euſebius in illis quoque, quae diverſa tradit ab Euſebio.* Sed liceat mihi etiam, quoniam hoc Fragmentum attuli, obiter quaedam adnotare, & Euſebium tueri. Attigit illa Euſebius *H. Lib.*v. *c.*11. *& Lib.*vi. *c.*6. *&* 13. ex ipſis Clementis operibus argumentum ducens. Omnes porro tunc temporis noſſe poterant, an revera Clemens ἐν ὑποτυπώσεσιν Pantaeni tanquam praeceptoris meminerit, & erroris redarguere Euſebium. Sed his ab ipſa Dodvvelli quaeſtione non recedimus. Itaque ejuſdem rei proferam Alexandrinarum rerum teſtes locupletiſſimos Hieronymum, & Rufinum Aquilejenſem, Heterodoxo homini & in SS Patrum Operibus inexercitato ignotos, ut appareat an ex uno Catalogo & Chronico, Hieronymi ignorationem jure aſſeruerit Dodvvellus. Hieronymus ergo *Ep.* 65. *T.* 2. *p* 139. C. de Origene inquit: *Alexandriae Eccleſiaſticam Scholam tenuit, ſuccedens eruditiſſimo viro Clementi Presbytero.* Viden' Clementi, non Pantaeno ſuccedere Origenem? Rufinus vero *Invect. I Opp. Hieron. T.* 9. *p.* 252. D. ait: *Etſi Clemens.... Alexandrinae Eccleſiae, & ipſius Magiſter Origenis tale aliquid dixerint &c.* Si ergo Clemens fuit Magiſter Origenis, Pantaeno etiam ſucceſſit, non viciſſim. *Origenes* enim *X. Severi Pertinacis anno* Patre orbatur *annos natus circiter XVII., & Alexandriae diſperſa Eccleſia XVIII. aetatis ſuae anno* (Vid. etiam Euſeb. H. Lib.vi. c. 3.) κατηχήσεως *opus aggreſſus eſt* (Hier. Catalog. Scrip. Eccl.). Quod tempus igitur reperiet Dodvvellus, quo Origenes Clementem audire potuerit, ſi hic Pantaeno vetuſtior eſt? Vnde intelligimus Euſebium veram temporum rationem habuiſſe, ſive dum Clementem Pantaeno juniorem facit; ſive dum narrat *H. Lib.*v. *c.*10. Pantaenum ſub Commodo Catechiſtam Alexandrinum fuiſſe (*Vid. & Niceph.. L.VI.c.*32.) ſive dum ait, *H. Lib.*vi. *c.*6. *&* 13. Clementem ſub Severo idem munus obiiſſe. Vnde puto eruditiſſimo Valeſio aliquid non ſatis perpenſum excidiſſe, dum de hac poſtrema temporis ratione dubitavit *Adnot. ad Euſeb. L. VI. c.* 6. Neque dixerit quis Dodvvelli

τος ἔχειν μαθητὴν διάδοχον τοῦ διδασκαλείου μετ᾽ αὐτὸν προϊστάμενον, κατὰ μὲν Φίλιππον Ὠριγένην· κατὰ δὲ Εὐσέβιον Κλήμεντα, καὶ μετὰ Κλήμεντα Ὠριγένην· πλὴν εἴτε οὗτος, εἴτε ἐκεῖνος, τέταρτος προέστη τῆς Χριστιανικῆς διατριβῆς Ὠριγένης· μετὰ Ὠριγένην Ἡρακλᾶς· μετὰ τοῦτον Διονύσιος· μετὰ τοῦτον Πίερος· μετὰ Πιέριον Θεόγνωστος· μετὰ τοῦτον Σεραπίων· μετὰ τοῦτον Πέτρος ὁ μέγας Ἐπίσκοπος, Μάρτυρ γενόμενος· μετὰ Πέτρον Μακάριος, ὃν πολιτικὸν ἐκάλουν οἱ ἐπιχώριοι· μετὰ τοῦτον Δίδυμος· μετὰ Δίδυμον Ῥόδων, ὃς καὶ μετήγαγε κατὰ Φίλιππον τὴν διατριβὴν ἐν τῇ αὐτῇ πόλει τῇ Σίδῃ κατὰ τοὺς χρόνους τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου· τούτῳ Ῥόδωνι λέγει μαθητεῦσαι ὁ Φίλιππος, ᾧ τινὶ καὶ πλεῖστα μαρτυρεῖ περὶ εἰδήσεως λόγων τῶν τε καθ᾽ ἡμᾶς, καὶ τῶν ἔξωθεν.

lum habuit ſucceſſorem, & poſt illum, Scholae Praefectum, pro Philippi mente Origenem: pro Euſebii autem ſententia Clementem; & poſt Clementem Origenem. Vtcumque tamen ſeu hic, ſeu ille Pantaeno ſucceſſit, *quartus Chriſtianae Scholae praefuit Origenes; poſt Origenem Heraclas; poſt hunc Dionyſius; poſt quem Pierius; poſt Pierium Theognoſtus; poſt hunc Serapion; poſt quem Magnus ille Epiſcopus Petrus, martyrio inclytus. Poſt Petrum Macarius, politicus a conterraneis cognominatus; poſt illum Didymus; poſt Didymum Rhodon, qui etiam Philippi temporibus Scholam tranſtulit in ipſam* Philippi *Civitatem Siden imperante Magno Theodoſio. Hujus Rhodonis ſe diſcipulum fuiſſe ait Philippus, cui etiam egregium perhibet de noſtra* [Chriſtiana], *externaque* [Gentili] *eruditione teſtimonium.*

ANI-

vvelli defenſor Origenem ipſum apud Euſebium *H. Lib.* VI. *c.* 19. haec dicere: τοῦτο δὲ πεποιήκαμεν μιμησάμενοι τὸν πρὸ ἡμῶν ὠφελήσαντα πολλοὺς Πάνταινον; *atque hoc fecimus imitati quidem illum, qui ante nos multis profuit, Pantaenum*; haec enim nullum tempus determinare quiſque videt. Quamobrem ob hujus Fragmenti auctoritatem deſerendum nunquam putaverim Euſebium ἀμβλυώττει (*Socr. L. I. c.* 8.), Hieronymum deinde & Rufinum, qui propiores, & diligentiores fuerunt, ut Philippum Sidetem, ſane indiligentem praeferrem. Ipſe enim *in Hiſtoria Chriſtiana* (arbitror ſiquidem hoc Fragmentum inde excerptum eſſe, non e *Splendido Opere, in quo Iuliani contra SS. Biblia ſcriptum evertit* Philippus idem) *tempora confundit* συγχεῖ δὲ τοὺς χρόνους τῆς ἱστορίας, *eaque lucubratio indoctis ſimul & doctis inutilis eſſe videtur*, ut ait Nicephorus *H. E. Lib. XIV. c.* 29. Atque hunc Nicephori locum a Dodvvello conſulto praetermiſſum eſſe ſuſpicor, ut Fragmento, quod vulgabat, ſuus ſtaret decor: cetera enim, quae a Nicephoro de Philippi Hiſtoria ibi dicuntur, attigit, illud non commemoravit.

ANIMADVERSIONES

ANIMADVERSIO PRIMA

Didymus Monachus.

INQVIRENDVM in primis hic mihi eſt de Didymo Coeco, an Monachus fuerit. Locum hunc integrum ferme reperi, neque ab ullo recentiorum, quod ſciam, occupatum, Caveum ſi demſeris *Script. Eccleſ p.* 160., & Erneſtum Cyprianium *Io. Alb. Fabr. Biblioth. Eccleſ p* 199., quorum alter inquit: *Inſtituto Monachus*; alter vero: *Fuit Monachus*; aliudque nihil hac de re praeterea. Quaeram igitur ego paulo pluribus, quam *duobus verbis* de Didymo meo, an Monachus revera fuerit. Itaque Theodoritus *Lib. VI. capp.* 26. 27. 28. narrat de Monachis Aphraate, Iuliano, Antonio Magno, Avito, Marciano, Abrahame, aliiſque pluribus; tum vero *Cap.* 29. diſſerit de Ephraem Syro, deque Didymo Coeco, ut habes *Sup. Num. XXXI.*, atque ibi tandem concludit: *Igitur inter Aſcetas, & virtutis ſtudioſos cultores hi circa illud tempus enituere.* Rem confectam putes, & ſupervacaneum quidquid ultra protulerim, nihilque deeſſe *duobus* Cavei, ſive Cypriani *verbis*. Sit, ut lubet. Sed mirabitur plane quiſpiam Monaſticum Didymi hujus inſtitutum, locumve ubi Monachus fuerit, non modo Socratem, Sozomenum, & Nicephorum poſtea non attigiſſe; ſed neque abs Rufino, Hieronymo, & Palladio, qui & Didymum ipſum audierunt, coluerunt que plurimum, commemorari; quamvis & ejus geſta, & reliquorum etiam Patrum Vitas diligenter litteris mandarint. Is itaque facile ſuſpicabitur Theodoritum, vel deceptum ob cognominem Monachum Didymum, quem ſupra commemoravi *Adnot. ad Num. XXVI.*, vel in iis Hiſto-

Hiſtoriae ſuae Capitibus diſſeruiſſe de Didymo Coeco, non tanquam Monacho quidem, ſed tanquam virtutis ſtudioſo cultore; utque eum diſtingueret ab Epiſcopis, de quibus ſtatim *Cap.* 30. verba facit incipiens: Ἐν Ἐπισκόποις δὲ Γρηγόριος κ. τ. ἑ. *Inter Epiſcopos autem Gregorius &c.* Quamobrem iis etiam, qui haec dicerent ſatisfaciendum.

Hoc igitur ut praeſtem, illa proferam, quae perſuadere mihi videntur Didymum Coecum revera Monachum fuiſſe. Hoc autem ut fecero, nemo curioſius ex me poſtulet, ut exacte definiam, ubinam Monachus fuerit: ſat enim mihi eſt, quoniam extra Vrbem Alexandriam Didymum Coecum fruſtra quis Monachum quaereret, eadem in Vrbe iis temporibus Monaſteria fuiſſe. Porro haec reipſa tunc ibi extitiſſe, comperimus ex Palladio *Lauſ. c.26. p.m.941.* ubi haec habentur: χρονοτριβήσας τοίνυν ὁ Κρόνιος εἰς τοὺς περὶ Θηβαΐδα τόπους κατῆλθεν εἰς τὰ μοναστήρια Ἀλεξανδρείας. *Cum ergo aliquanto tempore verſatus eſſet Cronius circa loca Thebaidis, deſcendit in Monaſteria Alexandriae.* Sed redeo ad illa, ob quae Didymum meum Monachum fuiſſe, vero plane ſimile arbitror.

Itaque, ut ex recentioribus ad vetuſtiores lux aliqua reflectatur, Nicephorus *ſup. Num XL.* ait: *Celeberrimi in utraque Philoſophia fuere Didymus Alexandrinus, & Euagrius Aegyptiacus.* Hic porro Monaſticum Didymi mei Inſtitutum perſpicue deſignari exiſtimo. Quid eſt enim *utraque* haec *Philoſophia*, niſi praeter eruditionem Monaſtica etiam vivendi ratio? De Euagrio ſane teſtatur Socrates *L.IV.c.23.* eum utriuſque Macarii diſcipulum fuiſſe; *cumque antea verbis ſolum philoſophatus eſſet, ab iis opere ipſo philoſophari didicit*, τὴν δι᾽ ἔργων φιλοσοφίαν ἐκτήσατο, πρότερον λόγῳ μόνῳ φιλόσοφος ὤν. Sicut igitur Euagrium ob *utramque Philoſophiam* & doctum fuiſſe virum, & Monaſtiſticam vivendi rationem ſequutum eſſe intelligimus; ita & de Didymo idem judicare aequum eſt. Et quamquam Nicephorus *H. E. Lib. X. c.35.* Iulianum Didymumque ſimul nominans, illum *Monachum* diſerte dicat; hunc vero *Eccleſiaticum philoſophum* dumtaxat, inquiens de praenuntiata iiſdem Iuliani Imperatoris morte: Καὶ ἃ μὲν ἐθεάσατο ὅ τε Ἰουλιανὸς μοναχὸς, καὶ ὁ Ἐκκλησιαστικὸς φιλόσοφος Δίδυμος ὁ Ἀλεξανδρεύς:

ἀρετῆς: adeoque videatur ex *utraque* Didymi *philoſophia*, haud recte inferri, eumdem Monachum fuiſſe: opinor tamen Nicephorum rem eamdem diverſis verbis declaraſſe, atque idem per Nicephorum ſignificari, ſeu *Monachus* quis dicatur, ſeu *Eccleſiaſticus philoſophus*, ſive ὁ τῆς Ἐκκλησίας φιλόσοφος, ut ſupra *Num. XXXIX.* Quod ſiquod diſcrimen Nicephorus agnoſci voluit, dum Iulianum *Monachum*, Didymumque *Eccleſiaſticum philoſophum* dixit; cenſerem aliud ſane diſcrimen intelligi voluiſſe, quam Monaſticae vivendi rationis. Scilicet mihi videtur, diſcrimen illud in eo ſitum eſſe, quod Iulianus extra Vrbes vitam monaſticam duxerit; Didymus vero in ipſo Alexandrinae Vrbis, & Eccleſiae cetu. *Iulianus* enim *apud Edeſſam philoſophabatur*: Ἰουλιανὸς ἀμφὶ τὴν Ἔδεσσαν ἐφιλοσόφει, *Soz. L.III.c.* 14. Id quod etiam deduci poſſe arbitror e ſuperiori appellatione Euagrii *Aegyptiaci*. Euagrius enim nonniſi ut Monachus in Aegypto ſub Macariis *Aegyptius* dici debet, cum ex Iberis, qui circa Pontum Euxinum, genus duceret, *Niceph. XI.* 42. Quamquam a priori ſignificatione Nicephorum non receſſiſſe putarem, cum *Lib. XI. c.* 35. de Ioanne Monacho Aegyptio, deque Or, Ammone, Theona, aliiſque Monachis dicturus, praemiſerit: Καὶ περὶ τῶν Ἐκκλησιαστικῶν φιλοσόφων διαλαβών κ. τ. ἑ.; & in fine etiam cap. 37. Euagrium ἁπλῶς *philoſophum* dicat.

Sed uberrimus ſane eſt hic locus ex Didymi *Philoſophia* deſumptus, quem Veterum Scriptorum ope diligentius paulo me excoluiſſe non pigeat, ut quilibet perſuadere ſibi queat; Didymum meum revera inſtituto Monachum fuiſſe. Hic autem non afferam Origenem, qui in Epiſtola quadam apud Euſebium *H. Lib. III. c.* 19. ſcribit de Heracla, qui tunc inter Presbyteros Alexandrinae ſedebat Eccleſiae, διὸ καὶ πρότερον κοινῇ ἐσθῆτι χρώμενος, ἀποδυσάμενος καὶ φιλόσοφον ἀναβαλὼν σχῆμα, μέχει τοῦ δεῦρο τηρεῖ: *atque idcirco cum vulgari veſte antea uſus fuiſſet, ea depoſita philoſophicum induit habitum, quem etiam nunc retinet.* Licet enim idem Euſebius *ibid. c.* 3. monaſticam quamdam Heraclae vivendi rationem innuere videatur, dum eum dicit apud Origenem *Philoſophicae vitae & diſciplinae* φιλοσόφου βίου καὶ ἀσκήσεως argumenta praebuiſſe, & propterea poſt Demetrii mortem dignum judi-

judicatum eſſe Alexandrinae Vrbis Epiſcopatu: Origenes tamen nuper commemoratus, teſtatur ſe Heraclam apud Magiſtrum Philoſophiae reperiſſe, quintum jam annum ei operam dantem, atque ob id Philoſophicum habitum induiſſe, quem etiam Presbyter Alexandrinus factus, retinuit. Heraclam porro apud Gentilem Philoſophiae magiſtrum repertum eſſe ab Origene facile judicabimus, cum in eadem Epiſtola Origenes Heraclae exemplo ab ſeipſo repulerit eam accuſationem, quod Graecorum diſciplinis nimium ſtudium impenderit. Compertum igitur non habeo an haec Philoſophica Heraclae veſtis, Monaſticae cujuſdam vitae indicium cenſenda ſit: praeſertim cum Hieronymus quoque in Catalogo de Origene ſcripſerit, *eum, Heraclam, qui ſub habitu Philoſophi perſeverabat, adjutorem ſibi feciſſe* κατηχήσεως: Et ibidem in *Ariſtide*, qui Athenienſis philoſophus fuit, dicat, eumdem *ſub priſtino habitu diſcipulum Chriſti fuiſſe*. Neque etiam aſſeram Euſebium, qui *H.Lib. IV.c.19.*, de Ammonio, Origenis Praeceptore, teſtatur eum *Divinae Philoſophiae* τῆς ἐνθέου φιλοσοφίας praecepta ad extremum uſque terminum vitae integra, atque immota retinuiſſe; haec enim de Chriſtiana tum doctrina tum diſciplina ab eo conſervata, intelligenda eſſe ex eo perſpicuum eſt, quod ibi Euſebius impio reſpondeat Porphyrio, qui Ammonium calumniatus fuerat, quod ad Gentium religionem, & leges deſciviſſet. Similiter *Lib.VII.c.32.* Pamphilum Presbyterum, & *vere philoſophantem*, & Pierium pauperem & *philoſophum*, intelligerem de chriſtiana tum doctrina, tum diſciplina.

Hiſce igitur, quae incerta ſunt, praetermiſſis, ad certa orationem convertam. Socrates itaque *Lib. IV. c. 26.* agens de Baſilio, & Gregorio Nazianzeno, qui neque Sophiſtae, neque cauſſas agere voluerunt, *Monaſticam*, ait, *vitam amplexi ſunt. Cum igitur Philoſophiae praecepta ſub eo, qui tum Antiochiae philoſophiam docebat, attigiſſent &c.* τὸν μονήρη βίον προέκριναν· ἀψάμενοι τῶν φιλοσόφων λόγων παρὰ τῷ τηνικαῦτα ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ συμπρεάποντι τὰ φιλόσοφα κ. τ. ε. Theodoritus etiam *H. E. Lib. IV. c. 28.* hanc in rem inquit: *eodem tempore alii quoque monaſticae philoſophiae radiis coruſcabant*: ἦσαν δὲ καὶ ἄλλοι κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τῆς μοναχικῆς φιλοσοφίας ἀφιέντες μαρμαρυγάς.

Aſt

Aſt omnium uberrime Sozomenus. De Monachis enim verba facturus ſcribit *Lib. I. c.* 12: Monaſticum vivendi genus, ad homines tranſmiſſam a Deo philoſophiam eſſe; ὡς ἀνθρώποις ἐλθοῦσα παρὰ Θεοῦ ἡ τοιαύτη φιλοσοφία. *Hujus autem*, pergit paulo poſtea, *optimae philoſophiae princeps fuit, ut quidam memorant, Helias Propheta, & Ioannes Baptiſta*: ταύτης δὲ τῆς ἀρίστης φιλοσοφίας ἦρξατο μὲν, ὥς τινες λέγουσιν, Ἡλίας ὁ προφήτης καὶ ὁ Ἰωάννης ὁ Βαπτιστής. *Verum*, ait cap. 13, *ſive Aegyptii, ſive qui alii hujus philoſophiae principes fuerunt, illud certe inter omnes conſtat, Antonium Magnum Monachum &c.* ἀλλ' εἴ τε Αἰγύπτιοι, εἴ τε ἄλλοι τινὲς ταύτης προὔστησαν ἐξ ἀρχῆς τῆς φιλοσοφίας, ἐκεῖνο γοῦν παρὰ πᾶσι συνωμολόγηται, ὡς .... Ἀντώνιος ὁ μέγας Μοναχός, κ.τ.λ. Et *cap.* 14. *Ammon etiam philoſophabatur .... Eutychianum quoque praeclare philoſophatum eſſe accepi*: καὶ Ἀμμοῦν ὁ Αἰγύπτιος ἐφιλοσόφει .... εὐδοκίμως ἐπυθόμην φιλοσοφῆσαι καὶ Εὐτυχιανόν. *Lib.* etiam *III. cap.* 14: *uterque* Macarius *ob Divinam praeſcientiam, ac philoſophiam admirabilis*: ἄμφω δὲ ὅτι μάλιστα θαυμασίω ἐγενέσθην διὰ θείαν πρόγνωσιν καὶ φιλοσοφίαν. *Philoſophati ſunt Pambo, Heraclides, &c.* ἐφιλοσόφουν Πάμβω, Ἡρακλείδης, κ.τ.ε. *Apollonius .... quem dicunt quindecim annorum in eremis philoſophatum eſſe, eorum, qui ad philoſophiam veniebant bonus praeceptor & blandus*: Ἀπολλώνιος ... ὅν φασι δέκα καὶ πέντε ἔτη ὄντα φιλοσοφῆσαι ἐν ταῖς ἐρήμοις, τῶν εἰς φιλοσοφίαν ἡκόντων διδάσκαλος ἀγαθὸς καὶ χαρίεις. *Praeter hunc*, Iulianum, qui apud Edeſſam philoſophabatur, *aliis quoque multis Eccleſiaſticis Philoſophis tunc regio illa inclaruit*: ἐπὶ τούτῳ δὲ καὶ ἄλλοις πολλοῖς Ἐκκλησιαστικοῖς φιλοσόφοις κ.τ.ε. *Thraces etiam, & Illyrii quamvis Monaſticarum congregationum adbuc expertes eſſent, Viris tamen philoſophis non erant penitus deſtituti. Nam Martinus, qui Sabariae ortus primum ſplendide militavit, cum Dei cultum omnibus rebus praetuliſſet, philoſophicam vitam ſectatus eſt*: εἰ καὶ ἀπείρατοι ἔτι μοναχικῶν συνοικιῶν ἦσαν, ἀλλ' οὐ παντελῶς φιλοσόφων ἀνδρῶν ἠτύχουν .... τὸν φιλόσοφον μετήει βίον. Ac tandem, ne taedio afficiat nimia haec philoſophia, concludit Sozomenus: *Et haec quidem de viris, qui tunc in pietate, & Eccleſiaſtica inſtitutione egregie philoſophati ſunt.*

ἀνδρῶν μὲν ὧν πέρι, οἵ ποτε ἐν εὐσεβείᾳ καὶ Ἐκκλησιαστικοῖς θεσμοῖς ἐφιλοσόφουν. Ex his autem ſatis apparere arbitror, apud Eccleſiaſticos Scriptores *Philoſophiam* hanc, Monaſticam vivendi rationem plane deſignare (a).

Didymum porro hanc ſectatum eſſe philoſophiam non modo ex Nicephoro, de quo nuper diſſeruimus, deducendum eſt; ſed etiam ex allatis antea Teſtimoniis facile quiſque colligere poteſt. Rufinus enim poſt diſertum ſermonem de Didymo Coeco *ſup. Num. I.* ſtatim ſubdit, *ibid. Num. II*: *Florebat igitur Aegyptus ea tempeſtate non ſolum eruditis in Chriſtiana philoſophia Viris, ſed* &c. Sozomenus vero, *ſup. Num. XXX.* Didymum *Eccleſiaſticum Philoſophum Alexandriae degentem* commemorat, & *ἁπλῶς* quoque *philoſophum*. Perculit quidem Tillemontii animum ea dicendi ratio, (*Tom. X. Didyme, Art. 2.*) ſed cur a Sozomeno adhibita fuerit, non inveſtigavit; vix enim quaeſiiſſet, ſtatim, ut quiſque videt, vim ejus noviſſet.

Sed, ut nihil omnino praetermittam, ex Palladio quoque *ſup. Num. XXV.* nonnihil colligere poſſe mihi videor, ex quo Didymum Monachum fuiſſe, adhuc intelligi queat. Ibi enim Didymus ait: *εἰς τὸ κέλλιον ταύτην τρίτον εἰσῆλθεν ὁ μακάριος Ἀντώνιος, ter in cellam hanc venit Beatus Antonius, qui a me rogatus, ut faceret orationem, ſtatim genuflexit in hac cella; εὐθὺς ἔκλινε γόνυ ἐν τούτῳ τῷ κελλίῳ.* Advertit vero Cangius *Gloſſar. Med. Inf. Graec.* has voces *κέλλα, κέλλη, κελλίον cellam monaſticam praeſertim* deſignare. Atque ex his puto, me cuilibet perſuadere poſſe, Didymum revera Monachum fuiſſe.

Quod ſi quis in hanc ſententiam pedibus ire adhuc recuſet, id certe ab eo exigam, ut ob hanc *philoſophiam* Didymum caelibem fuiſſe fateatur. Hieronymus enim *in Matth. c. 19.* ſuper ea verba: *Sunt eunuchi, qui facti ſunt ab hominibus*, inquit: *quos aut philoſophi faciunt, aut propter idolorum cultum emolliuntur in feminas &c.* Palladius etiam *Lauſ. c. 8. p. m. 910.* deſcribens Ammonem, qui a patruo coactus uxorem ducere, intactam tamen ſervavit ſponſam, cum ea manens in eadem domo, ſed in diverſis lectis, ſcribit poſt decem & octo

(a) His proelo jam paratis, alia oſtendit Amicus in Cangio *Gloſſ. Lat. v. Philoſophia*. Piguit, hunc locum me coluiſſe: at placuit, Cangium eadem vidiſſe.

octo annos (ſimilia Sozomenus *L.I.c.*14; at paulo aliter Socrates *L.IV.c.*23.) ſponſam Ammoni viro ſuo perſuaſiſſe, ut domo etiam ſejungerentur: *non enim par eſt*, inquiens, *ut propter me tanta & talis occultetur tua virtus philoſophiae*: ἄτοπον γὰρ ἐστὶ δι' ἐμὲ κρύπτεσθαί σου τὴν τοσαύτην καὶ τοιαύτην ἀρετὴν τῆς φιλοσοφίας. Sozomenus quoque *Lib. I.c.*12. e Philone *de Vit. Contempl.* attingens Philoni ipſi coevos Hebraeorum *Philoſophos* ſupra Mareotem lagum degentes, inquit: *mulieres autem cum illis degere provectas aetate virgines, quae amore Philoſophiae a nuptiis ſua ſponte abſtinuerint*: γυναῖκας δὲ αὐτοῖς συνεῖναι γηραλέας παρθένους, δι' ἔρωτα φιλοσοφίας ἑκουσίῳ γνώμῃ τὴν ἀγαμίαν ἀσκούσας. Ex quibus profecto, niſi Didymus Coecus Monachus fuerit, illud plane conficitur, eumdem caelibem vitam tranſegiſſe.

ANIMADVERSIO SECVNDA

Didymus Doctor Scholae Eccleſiaſticae Alexandrinae.

QVoniam ex praeſumptis Veterum Teſtimoniis conſtat, Didymum Coecum a Magno Athanaſio praefectum fuiſſe Scholae Eccleſiaſticae Alexandrinae; hic ego prius inquiram, quo tempore munus illud obierit Didymus: tum vero quinam eum audierint, ut comperi, breviter attingam.

Tillemontius (*T. X. Didyme, Art.*2.) indefinite ſcripſit Didymum etiam ante annum 350. delectum fuiſſe, ut Scholae Alexandrinae κατηχήσεως praeeſſet. *Il parut extremement dans cette Egliſe ſous le regne de Valens* (Vid. ſup. Num. XXVII. & XXXII.), *& meme de le temps des enfans de Conſtantin, c'eſt a dire avant l'an* 350. Sed arctioribus adhuc limitibus rem concludi poſſe autumo. Cedrenus enim, *ſup. Num. XXXVI*, Didymum anno VI. Conſtantii innotuiſſe ſcribit. Cum itaque annus VI. Conſtantii in annum Ch. 342. inciderit, facile judicabimus, Didymum ut Eccleſiae Alexandrinae Doctorem tunc innotuiſſe; adeoque jam antea Scholae κατηχήσεως eumdem praepoſitum fuiſſe.

Verum extremos terminos circumſcribat Fragmentum, quod ſuperius protuli, *Num. XLI.* Ibi enim dicitur, Didymum Scholae Eccle-

ſiaſticae praefuiſſe poſt Macarium, quem *politicum* h. e. *Vrbicum* indigenae nominabant. Non eſt porro alius hic Macarius *Vrbicus*, quam celeberrimus ille Macarius, qui, ut ab altero paulo ſeniore, ac perilluſtri pariter Monacho Macario, qui *Aegyptius* dictus eſt, ſecerneretur, Macarius *Vrbicus* ὁ πολιτικὸς, vel *Macarius Alexandrinus* denominatus eſt. τούτοιν δὲ, inquit Sozom. Lib. III. c. 14., ὁ μὲν Αἰγύπτιος· ὁ δὲ πολιτικὸς, ὡς αὐτὸς ὀνομάζεται, ἦν γὰρ τὸ γένει Ἀλεξανδρεύς. Siquis igitur, quo anno Macarius Vrbicus philoſophari ceperit, definiat, ſimul etiam determinabit, quandonam Eccleſiae Alexandrinae Doctor delectus ſit Didymus Coecus. Ad ejuſmodi itaque rei limites, quo propius potero, accedam: in quo cum plura mihi adjumento futura ſint, eadem praeſumam.

Prolemma 1. Palladius Alexandriam profectus eſt Theodoſio II. Coſ. Incipit ipſe Lauſ. c. 1. *Cum ergo primum veniſſem in Alexandrinam Civitatem ſecundo Conſulatu Theodoſii Magni Imperatoris &c.* πρῶτον τοίνυν πατήσας ἐγὼ τὴν Ἀλεξανδρέων πόλιν ἐν τῇ δευτέρᾳ ὑπατίᾳ Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου βασιλέως, κ. τ. ε.

2. Palladius idem triennio Alexandriae, inque viciniis immoratus eſt: indeque in Montem Nitriae profectus, ibidem annum explevit. *Cum*, inquit Lauſ. c. 6, *verſatus eſſem tres annos in Monaſteriis, quae circa Alexandriam .... illinc recedens veni in montem Nitriae ..... Cum igitur integro anno in Monte iſto habitaſſem &c.* ἐνδιατρίψας ἐγὼ τοῖς περὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν μοναστηρίοις ἐπὶ ἔτη τρία .... ἀναχωρήσας ἐκεῖθεν ἦλθον ἐπὶ τὸ ὄρος τῆς Νιτρίας .... παροικήσας, ὧν ἐγὼ ἐν τῷ ὄρει τούτῳ ἐνιαυτὸν ὅλον κ. τ. λ.

3. Macarii vero Vrbici conſuetudine tribus annis uſus eſt poſtea Palladius in Cellas ad eum proficiſcens. *Conveni autem*, Lauſ. c. 20. .... *Sanctum Macarium Alexandrinum, qui erat presbyter earum, quae dicuntur Cellarum. In quibus Cellis ego novem annis habitavi: ex quibus tres annos mecum vixit hic Macarius, ſedens in quiete.* Τῷ δὲ .... ἁγίῳ Μακαρίῳ τῷ Ἀλεξανδρεῖ συντετύχηκα, πρεσβυτέρῳ ὄντι τῶν λεγομένων κελλίων· εἰς ἃ κελλία παρῴκησα ἐγὼ ἐνναετίαν· ἐν οἷς τρία ἔτη μοι ἐπέζησεν ὁ Μακάριος οὗτος, καθεζόμενος ἐν ἡσυχίᾳ.

4. De-

4. Denique Macarius ὁ πολιτικὸς ſexaginta ſaltem annos in ſolitudine exegit. Paulus enim, qui fuit Monachus optimus in monte, qui dicitur Φέρμη *Lauſ. c. 23. & 24. Cum acceſſiſſet ad ſanctum Macarium, qui dicitur Vrbicus*, narravit angi ſe animo, quod trecentas tantum faceret orationes, dum Virgo quaedam ſeptingentas faciebat. *Ei* autem *reſpondit Macarius dicens: ſexageſimus annus agitur, ex quo centum conſtitutas facio orationes, & laborans manibus ea, quae ſunt ad alimentum neceſſaria, & fratribus utilitatem congreſſionis reddens &c.* οὗτος ὁ ἔνθεος ἄνθρωπος παραλαβὼν συντυχίας ἕνεκεν καὶ ὠφελείας πνευματικῆς τοῦ ἁγίου Μακαρίου τοῦ λεγομένου πολιτικοῦ κ. τ. ε. ἀποκρίνεται αὐτῷ ὁ ἅγιος Μακάριος λέγων· ἐγὼ ἑξηκοστὸν ἔτος ἔχω, ἀφ' οὗ ἑκατὸν τεταγμένας εὐχὰς ποιῶ, καὶ τὰ πρὸς τροφὴν ἐργαζόμενος ταῖς χερσὶν, καὶ τοῖς ἀδελφοῖς τὴν ὀφείλην τῆς συντυχίας ἀποδιδούς, κ. τ. λ.

His igitur praeſumptis ad propoſitos limites arctiſſime conſtituendos venio. Itaque ex *Prolemmate* 1. Palladius Alexandriam profectus eſt anno Ch. 388; eo enim anno Magnus Theodoſius II. Coſ. proceſſit. Cumque ex *Prolemmate* 2. triennii ſpatio circa Alexandriam verſatus idem Palladius, unius deinde integri anni intervallo in Monte Nitriae verſatus, in Cellas tandem ex *Prolemmate* 3. diverterit; hinc neceſſario conficitur, eundem an. Ch. ad ſummum 392. in Cellas profectum eſſe. At Palladius ex eodem *Prolemmate* 3. ad triennium Macarii *Vrbici*, ſcilicet quamdiu adhuc ſuperfuit (a), conſuetudine uſus eſt. Ad ſummum igitur Macarius *Vrbicus* anno Ch. 395. (b) defunctus eſt. Quam-

(a) Tillemontius (T.VIII. S. Macaire d'Alexandrie, Art. 9.) inquit: *Pallade .... étant paſsé du deſert de Nitrie dans le Cellules, y demeura trois ans ſous la conduite de nôtre Saint .... ou il vivoit dans le repos (de ſa ſolitude)*. Is igitur τὸ καθεζόμενος ἐν ἡσυχίᾳ *ſedens in quiete*, ad ſolitudinis tranquillitatem retulit: ego autem de liberatione ob angoribus mortalis hujus vitae intelligerem. Niſi enim tunc Macarius Alexandrinus in pace obiiſſet, Palladius, qui ſex adhuc annos in Cellis manſit, pluſquam triennio cum eodem Macario vixiſſet; nullibi ſiquidem reperire queas, Macarium eumdem ſub vitae finem e Cellulis alio divertiſſe: id autem ſi contigiſſet, hoc certe non praetermiſiſſet Palladius.

(b) Caveus in Varior. Adnot. poſt Socratem edit. Valeſii ad hujus Caput 23. *Lib. IV*, ſive *Script. Eccl. p.* 162: & ex Caveo Valeſius in tertio ad Socratem, ac tertio quoque ad Sozomenum *Indice .... qui & Tabulae Chronologicae vicem praeſtat*, inquiunt, Macarium Alexandrinum *centenarium obiiſſe circa annum* 404. Vnde autem hauſta haec

Quamobrem, quoniam ex *Prolemmate* 4. Macarius idem ſexaginta ſaltem annos in ſolitudine tranſegit, anno Ch. ſaltem 335, ille idem Monaſticam Philoſophiam excolere incepit: ac propterea anno ſaltem 335. Didymus Coecus Eccleſiaſticus Doctor Alexandrinus ab Athanaſio renuntiatus eſt. Hiſce terminis ita circumſcriptis, puto equidem arctiores vix conſtitui poſſe. Quamvis enim plane non conſtet, quando Macarius Vrbicus Paulo Phermaeo reſponderit: *ſexageſimus annus agitur &c*; id tamen contingere debuit paulo antea, quam Macarius Alexandrinus extremum diem obiret. Socrates enim *Lib. IV. c.* 23. teſtatur hunc Macarium Aegyptio quoad omnia ſimilem fuiſſe: ὁ δὲ Ἀλεξανδρεὺς Μακάριος κατὰ πάντα παραπλήσιος ὢν τῷ Αἰγυπτίῳ. Quare cum Macarius etiam Aegyptius ſexaginta annis Divinam excoluerit Philoſophiam in ſolitudine, ἐν τῇ ἐρήμῳ πεποίηκεν ἑξήκοντα ἔτη, *Lauſ. c.* 19. Et: ἑξήκοντα ἔτη ἐν ταῖς ἐρήμοις διέτριβεν, Sozom. *Lib. III. c.* 14: hinc perſpicies temporum rationem antea conſtitutam vix unius anni curriculo ab ea, quae vera ſit, abludere poſſe.

Pauca nunc de quibuſdam, qui Didymum Coecum audierunt. Inprimis autem commemorandus hic mihi eſt Ambroſius Alexandrinus *Didymi Auditor*, ut ſcribit Hieronymus in Catalogo. Rufinus deinde Aquilejenſis, qui initio anni 372, ut oſtendit Fontaninius *Hiſt. Litt. Aquilej. Lib. IV. c.* 2. *n.* 1, Alexandriam cum Melania appulit, Didymi eruditione admodum ditatus eſt. Hieronymus praeterea, ob celebritatem nominis Didymi, Alexandriam profectus eſt, *ſup. Num. IX. XI. XVIII. & XXII*, ut de dubiis, quae in Scripturis Sanctis habebat, eumdem ſciſcitaretur: & licet vix uno menſe Didymum audierit; plurimum tamen eo Doctore gloriatus eſt, gratumque erga ipſum animum ſuum teſtari

haec fuerint a Caveo, me prorſus ignorare fateor. Quamobrem ad Palladium adhaereſco, ex quo annus 395. morienti Macario Vrbico, vel ad ſummum, ſi quis rem longius diſtrahere voluerit, annus 396. aſſignari poteſt. Dubito etiam, an conſtare poſſit eumdem centenarium obiiſſe; ſi enim *quoad omnia* Alexandrinus Aegyptio Macario *ſimilis* fuit, ut infra animadverto; Macarius Alexandrinus annos natus plus minus XC. mortuus erit: Macarius enim Aegyptius *vixit annos XC.* ἔζησε τὰ σύμπαντα ἔτη ἐνενήκοντα. *Lauſ. c.* 19; ſive annos circiter XC. juxta Sozomenum *Lib. III. c.* 14. ἐβίω δὲ ἀμφὶ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη.

teſtari non ſane praetermiſit. Vellicat quidem Hieronymum Rufinus, quod cum tam brevi temporis intervallo Didymum Praeceptorem nactus fuiſſet; ea tamen re tantopere gloriaretur, inquiens *Invect.* 2. *Opp. Hieron. T.* 9. *p.* 258. C: *Iſte* (Hieronymus) *qui in tota vita ſua non totos triginta dies Alexandriae, ubi erat Didymus, commoratus eſt, per tot pene libellos ſuos longe lateque ſe jactat Didymi Videntis eſſe diſcipulum. Et omnis iſta jactantia in uno menſe quaeſita eſt. Ego qui ſex annis Dei cauſſa commoratus ſum, & iterum poſt intervallum aliquot aliis diebus, ubi Didymus, de quo tu ſolo te jactas, & ubi alii nihilominus illo non inferiores .... quantam ego, ſi hoc ita deceret, aut expediret, de his omnibus habere jactantiae materiam poſſem?* Haec Rufinus. Verum dum ea ſibi excidere paſſus eſt, obtrectandi animus profecto non permiſit ipſum animadvertere, Hieronymum non acceſſiſſe ad Didymum veluti παιδαγωγὸν, ſed ut Doctorem ad Videntem Prophetam: ac propterea prius quam Alexandriam proficiſceretur Hieronymus, jamdiu digeſſerat ea, de quibus Didymi Videntis ſententiam inveſtigaret.

Differendum nunc ſupereſſet de ceteris Didymi diſcipulis, deque iis praeſertim, qui ab ipſo Origenis erroribus imbuti cenſentur. Cum enim Origenem (*juxta Didymi Videntis ſententiam alterum poſt Apoſtolos Eccleſiarum Magiſtrum*, Hieron. Ep. ad Vincent. apud Ruf. Invect. 2.) Didymus ipſe maximi ſane aeſtimaret: factum idcirco eſt, ut & ipſe abſurdas Origenis opiniones admaret, ac tueretur *ſup. Num. XII. XIII. & XIV*, eaſdemque etiam Auditorum animis inſtillaret. Verum cum haec ſejungi non debeant a damnatione earumdem opinionum, quae poſtea ſubſecuta eſt; cumque ego in animum meum non adduxerim, ut hac in elucubratione de Didymi fortuna, poſtquam mortuus eſt, agerem; ab his propterea nunc ſuperſedendum mihi arbitror, eadem in aliud tempus rejiciens, ſi iſtud res aliquando expoſcere videbitur: licet a plurimis res hujuſmodi pertractata ſit, eamque ſcientiſſime attigerit Fontaninius in elaboratiſſima Hiſtoria Litteraria Aquilejenſi *Lib. V. c. IX.*

ANIMAD-

ANIMADVERSIO TERTIA

Didymi Aetas.

DE Didymi Coeci aetate dicturo, duo illa ſeſe ſua ſponte offerunt, ut inveſtigentur, quandiu nimirum is vixerit, & quo anno obierit. Quoad primum autem, exiſtimo, quemlibet ſibi perſuaſurum, ad octogeſimum quintum aetatis annum mortalem vitam Didymum produxiſſe. Id enim luculenter teſtatur Palladius, *ſup. Num XXV*, & conſentit Sigebertus, *ſup. Num XXXVII.* Nihili ergo facienda eſt vetus illa Verſio Lauſiacae *Roſvv. Vit.PP. p.* 980. juxta quam, ut admonui *ſup. pag.* 14. *Adnot. ad Num. XXV*, Didymus *annorum ſeptuaginta quinque* defunctus eſſet.

Reſtat igitur quaeſtio, quo anno mortuus ſit Didymus. Id porro contigiſſe anno Ch. 390. ſcribit Sigebertus, *ibid.* Sed fortaſſe anno Ch. 395. Didymi obitum ſubjicere debuiſſet Sigebertus. Hieronymus enim, *ſup. Num. VI.* inquit *octogeſimum tertium aetatis annum* exceſſiſſe Didymum, cum ipſe ſcriberet Librum de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Conſcriptus eſt autem Liber ille, ut teſtatur ibidem Hieronymus de ſe ipſo differens, anno XIV. *Theodoſii Principis*, hoc eſt anno Ch. 392. Igitur quamvis anno huic addere etiam volueris menſes fere triginta ſex, nunquam tamen ad initium anni Ch. 396. pervenire poteris.

At inquit Vallarſius *Opp. Hieron. T.* 2. *in Notis ad Lib. de Viris Illuſtr.* ubi de Didymo. „ Veronenſis (Codex habet) *octogeſimum* tan-„ tum. Alter e noſtris *octogeſimum quartum*. Martianaeus *octogeſi-*„ *mum ſeptimum*. Praeferrem Veronenſis lectionem .... quod an-„ no 392. quo iſthaec ſcribebat (Hieronymus), vix tantum octogeſi-„ mum primum, non tertium exceſſiſſet Didymus. Siquidem anno 396. „ aetatis ſuae LXXXV. obiit. „ Optima quidem obſervatio; ſed ad quam tamen non adhaereſcerem. Graeca enim Sophronii verſio vel ipſa habet ὀγδοηκοστὸν τρίτον, in omnibus, quas obſervari editionibus, quod apud me haud exigui eſt ponderis, cum aegre admodum mihi perſuadere queam, eundem errorem in graecam verſionem irrepſiſſe. Satius itaque dicerem, Sigebertum annum unum plus aequo Didymi obitum tranſ-

tranſtuliſſe in ſuo Chronico: praeſertim cum alia plurima in eodem Chronico peccarit, ut dudum Viri docti obſervarunt. Atque ob idipſum, nunquam cum Io. Alb. Fabricio *Bibl. Eccleſ. p.* 198. ſuſpicarer, anno 392. Didymum annum aetatis octogeſimum tertium *attigiſſe vix, non exceſſiſſe*, cum Sophronius pariter verterit ἐπλήρωσεν.

At contra Tillemontius (T.X. Note ſur Didyme), cujus integrum locum me attuliſſe non pigeat, inquit: „ Pallade en faiſant l'hiſtoire „ de trois ans, qu'il paſſa a Alexandrie, ou aux environ, depuis l'an „ 388, qu'il y vint pour la premiere fois [juſques en l'an 390.] „ dit, que durant ce tems-la Didyme, & beaucoup d'autres Saints y „ moururent. Il ſemble, qu'il faille neceſſairement conclure de la, „ que Didyme eſt mort au plûtard en 390. cependant cela ne peut „ être, puiſque S. Jerome dit poſitivement [en l'an 392.] que Didyme „ vivoit encore. Ce n'eſt pas même le ſens de Pallade. Car il dit, „ qu'il vit Didyme durant dix ans ἐπὶ δέκα ἔτη, ce qui ſignifie aſſurément, qu'il le vit encore dans la dixiéme année. Il faut donc dire, „ que Pallade par ces mots *en ce temp-la* comprend ici confuſément „ tout le tems, qu'il paſſa a Alexandrie, ſoit avant que d'aller en 390 „ dans le deſert, ſoit aprés en être ſorti, ce qu'il faut mettre au commencement du 399. Il faut donc neceſſairement avouer que Didyme „ a vêcu juſques en 399. ſelon Pallade, & il eſt plus difficile de croire, „ qu'il ſe ſoit trompé en cela, que de croire, qu'il lui donne quelques „ années de moins, lorſqu'il dit, qu'il mourut âgé de 85. ans; ou que „ S.t Jerôme lui en donne trop, lorſqu'il le fait âgé de 83. ans paſſez „ en 392. „

At perplexam hanc temporum rationem, exploratam cum habeamus, neminem ſequuturum judico. Scilicet exploratiſſima res eſt, ex antea dictis, Didymum anno Ch. 392. annum aetatis octogeſimum tertium jam expleſſe. Exploratiſſimum pariter eſt, eumdem Didymum annos natum octoginta quinque defunctum eſſe; harum enim rerum luculentiſſimos teſtes habemus Hieronymum, & Palladium. Quis igitur hiſce, quae certa ſunt, incerta praeferre maluerit, quamvis a ſummo Viro Tillemontio propoſita? Sed Tillemontium abs recto itinere de-

flexit ea dicendi ratio, ἐπὶ δέκα ἔτη, qua uſus eſt Palladius; hinc enim inferendum putavit Vir Doctiſſimus, per decem annos viſum eſſe Didymum a Palladio; licet id revera deducendum non ſit. In haec fortaſſe Tillemontium adduxit Gentianus Hervetus, qui Lauſiacam Hiſtoriam Latinam fecit, eumque locum vertit, ut habes *ſup. Num XXV. cum quo mihi fuit quater congreſſio, cum decem annorum interjecto intervallo ad eum proficiſcerer*. Sed quemlibet conſenſurum cenſeo, eam vim Palladii verbis non ineſſe: ipſa ſiquidem, ut eadem oculis iterum ſubjiciam, ejuſmodi ſunt: ᾧ καὶ συντυχίας ἔσχηκα τέσσαρας, ἐκ διαλειμμάτων ἀπερχόμενος πρὸς αὐτὸν ἐπὶ δέκα ἔτη· verti autem haec poſſent: *cum quo mihi quater fuit congreſſio, cum interjectis intervallis ad eum veniſſem decem annorum ſpatio*. Atque hunc plane ſenſum ex Palladii textu expreſſit Heraclides *Paradiſi c. 1. Roſvv. Vit. PP p 938*, ubi legitur: *quem ego intra decem annos diverſis temporibus quater vidiſſe me memini*. Interpres vero Paradiſi Palladii Monachi, cujus latina verſio ſaltem ſaeculo IX. charactere Longobardico deſcripta eſt in Codice CXXXVI. S.Crucis in Ieruſalem (a), quem pag. 14. commemoravi, quemque inſpiciendi humaniſſimus Marinonius illi Biblio-

(a) Hic Paradiſus Palladii continet capita LXXIV. juxta hunc Codicem. Atque inde confirmatur valde conjectura Voſſii de Hiſtoricia Graecis, quam ſequitur Caveus de Heraclidis Paradiſo differens, ſcilicet Lauſiacam Hiſtoriam ex duobus conflatam eſſe Libris, Palladii uno, Heraclidis altero, ut mecum ex Commentario quodam MS. amice communicavit Recalcatius. Cujus vero ſit latina verſio hujus Paradiſi, reperire difficillimum erit. Nihilominus ex eodem Commentario novit Recalcatius poſt Caput extremum, quod eſt *de Filia Presbyteri*, duas lineas deſcriptas fuiſſe eadem manu, ſed minoribus litteris, in quibus quidam haec ſibi vidiſſe viſus eſt *pelag pretatio*; adeoque verſionis Auctorem Pelagium fuiſſe conjecit. Idem & nos inſpicere optavimus: unde cum ii characteres pene evanuiſſent, tentavimus, ut renigreſcerent. Sed voti compotes fieri omnino non potuimus; haec enim dumtaxat detegere potuimus N *pelag poſt pbr*. Suſpicamur igitur eam verſionem adornatam fuiſſe a Pelagio R. E. Diacono, qui etiam *tranſtulit de Graeco in Latinum*, ut ait Sigebertus Gemblacenſis de Scriptor. Eccleſ. c. 115. *de vita, & doctrina, & de perfectione SS PP Libros XVI*, quos edidit Roſvveidus in Vitis PP. Hinc vero, ſi recte conjecimus, intelligimus eumdem Pelagium, quem plures cenſent Vigilio R. P. ſucceſſiſſe, prius quam Pontifex eligeretur, R. E. Presbyterum fuiſſe, cum legendum judicemus *poſtea presbyter*. Haec ſi vera eſſent, pluris ſane faciendus eſſet hic Codex, & eum feliciter nactus eſſet, Abbas D. Ioachimus Beſutius, poſtea R. E. Cardinalis, ut eo etiam cum plurimis aliis Codicibus, nedum optimis Libris ea Bibliotheca diteſceret.

bliothecae Praefectus copiam mihi fecit, *fol.* 98. ita prorſus habet: *quem ego intra decem annos diverſis vicibus tertio vidiſſe me meni*. Ex his itaque apparet, *neceſſario* revera concludendum non eſſe illo integro decennio Didymum ſuperfuiſſe; ſed hoc unum confici, Palladium ſcilicet decem annorum ſpatio diverſis intervallis Didymum quater conveniſſe. Quamobrem, quemadmodum Tillemontius Hieronymo, & Palladio compoſitis, advertit Didymum reipſa non obiiſſe iis tribus annis, quibus Palladius circa Alexandriam verſatus eſt; adeoque jure inde collegit, Palladium initio Capitis 4. confuſe indicaſſe tempora, quibus ſive circa Alexandriam, ſive in eremo ipſe commoratus eſſet: ita profecto eoſdem Hieronymum, & Palladium ſejungere poſtea non debuit, nobiſque veluti *neceſſariam* obtrudere conſecutionem illam, quae nonniſi perplexa eſſe poteſt, certiſque rebus repugnans. Quamvis enim quis hic urgere vellet Codicem Hieronymi Veronenſem, quem nuper ex Vallarſio commemoravimus; is tamen nondum nos concludere, aut obtinere poſſet. Etenim ſcripſerit jam Hieronymus anno Ch. 392. Didymum *octogeſimum* tantum aetatis annum exceſſiſſe. Quia igitur diſerte inquit Palladius annorum LXXXV. obiiſſe Didymum, ad ſummum propterea conficeretur, Didymum ad annum uſque 397. vitam produxiſſe; at integro decennio illo Didymum ſuperfuiſſe, & anno 399. vita functum eſſe conſtare nondum poſſet. Si igitur quae in Palladio perſpicua ſunt retineantur, quaeque ibi obſcura deprehenduntur, ex claris illuſtrentur; communemque Hieronymi lectionem, plurimi ſane faciendam, ut ante dicebam, conſervemus; liquido ſane conſtabit, Didymi obitum nonniſi ad annum Ch. 395. referendum eſſe. 310

Ex his porro quiſque intelligit ad alium Didymum, quam ad Coecum, ſcriptam fuiſſe Dionyſii Alexandrini Epiſtolam, memoratam ab Euſebio *H. Lib. VII. c.* 20, ab Hieronymo *Catalogi c.* 69, atque a Nicephoro *Lib. VI. c.* 18. Didymus enim, qui oculis orbatus fuit, circa annum Ch. 310. natus erit, ſi ex praecedentibus rationes ſubducere velimus; Dionyſius autem Alexandrinus longe antea, ſcilicet anno Ch. 265. mortuus erat, ut ex Euſebio *H. Lib. VII. c.* 28. oſtendit Pagius *Crit. Baron. an.* 265. *num. III.*

Digitized by Google

ANIMADVERSIO QVARTA

Didymus Auctor Trium Librorum de TRINITATE, *qui nuper detecti ſunt*.

NVnc de Didymi Coeci Operibus agendum. Praecipuum au tem ejus Opus *Tres Libri de Trinitate* cenſendi ſunt, *ſup. Num. XXVII. & XXXII.* Quoniam autem de his paulo fuſius diſſerendum, id propterea hac Animadverſione efficiam, de reliquis ejuſdem Operibus Animadverſione ſequenti acturus.

Illud igitur Opus deperditum hactenus judicatum eſt: ſed ego, ſummo Rei Eccleſiaſticae bono, ab interitu feliciter ſervatum opinor; proximeque vulgatum iri confido. Scilicet Aloyſius Frater Epiſtolam edidit (a), in qua diſſeruit de Veteris Theologi Opere inedito, *Tres Libros de Trinitate* continente, quos & Latinos fecit, & σὺν Θεῷ publici juris facturus eſt. Cum autem Codici, quem nactus fuerat, inter cetera haud pauca initio deeſſent, adeoque Auctoris nomen; poſtulavit ipſe ab aliis, cuinam Opus tam praeclarum reddendum eſſe cenſerent; anque alicubi Codicem integrum reperiri, quis noſſet. Quamobrem perſpicua ſatis indicia vulgavit, quibus idem Auctor haud aegre dignoſceretur, perfectumque Opus inveſtigari poſſet. Opinor itaque ego, *Tres* ejuſmodi *Libros de Trinitate* (b) Didymum Alexandrinum Coe-

(a) *Calogerà Nuova Raccolta d'Opuſcoli T. XI.* Ejus autem Epiſtolae quaedam exemplaria ſeorſim quoque ex eodem proelo exierunt tribus fere menſibus prius, quam Tomus ille XI, qui nuper vulgatus eſt, in lucem prodiret.

(b) Poſtea quam Typographo lucubrationem hanc meam tradideram, ad nonnullos perlatum eſt, me de Didymo Coeco, tamquam Operis de Trinitate nuper detecti Auctore cogitare. Conſultis itaque ſtatim Cavei, ac Tillemontii Indicibus (Fabricii quoque Bibliothecae Graecae Indices conſulere potuiſſent), ac perluſtratis, quae de Didymo ibi adnotata reperiſſent, obſervarunt tres Didymi libros de Trinitate e Socratis Hiſtoria ibidem commemoratos. Quamobrem [illegible] ab iiſdem repente judicor. Sed [illegible] ii ſunt, qui in meum dedecus vertunt, quod veritatis character cenſendum eſt. Cur vero me ipſi antea non docuerunt, quid in Indicibus quaererem? haud exiguo ſane labore ab iis liberatus fuiſſem. Quamquam, ſi deceret, gloriandum magis mihi eſſet, qui dum rem veterem me revocaſſe putabam, novae [illegible] inſcius judicabar. Utinam ergo hujuſmodi ſemper obtrectatores habeam.

Coecum Auctorem habuiſſe : quam opinionem ut omnibus quoque inſinuare queam, abs re non fore cenſeo, ſi plura ex Fratris Epiſtola huc transferam pro iis certe, qui eamdem nondum inſpexerint, ut & ipſi dijudicare valeant, an mea opinio vero ſimilis habenda ſit.

1. Igitur inquit ibi Aloyſius Frater Cap. IV. *L'Opera, di cui ragiono, fù ſenza dubbio compoſta dopo la morte di S. Baſilio, la quale avvenne, come ſapete, il primo di Gennaro dell'anno 379. Imperciocchè nel cap. 22. del 3 libro .... vien egli additato con queſto titolo, il qual manifeſtamente dimoſtra, ch'egli era morto* ; ὥς τις τῶν ἐν ἁγίοις πατέρων ibid. Cap. III. p 126. σοφίας γέμων ἀσυλλογίστως ἐδίδαξεν· Βασίλειος ἦν ὄνομα αὐτῷ. „ Sicut quidam e Sanctis Patribus, ſapientiae „ plenus, ſine ratiocinationis fuco docuit : Baſilio erat illi nomen. "

2. *Nell'una metà dell'opera d'altro egli non parla, che del Verbo Incarnato: e pure delle Ereſie de' Monoteliti, degli Eutichiani, de' Neſtoriani mai non fà alcuna menzione. Molto meno poi nell'altra metà, che tutta verſa intorno la Divina Perſona dello Spirito Santo, accenna la controverſia fra i Greci, e i Latini agitata della proceſſion del medeſimo. Anzi in generale può dirſi, ch'ei parla bensì o poco, o molto di tutte quaſi l'ereſie, che la Macedoniana, e l' Ariana han preceduto, ma di quelle, che poſcia inſorſero, non fa parola ne punto, ne poco in alcun luogo; comecchè queſte per certo maggior relazione abbiano all'argomento, ch'egli avea per le mani, che non han quelle; e bene ſpeſſo qualche ocaſione ſegli offra di rammemorare o l'unità della Perſona, o la dualità delle nature di Gesù Criſto.*

3. *Al cap. 10. del 2. libro rinfaccia eſſo agli Ariani l'elezione da loro promoſſa di Maratonio al Veſcovato, intorno alla quale è da leggerſi ciò, che ne ſcrive Niceforo, che nel lib. IX. della Storia Eccleſiaſtica c. 42, e 47. ne fà promotor Macedonio* : ἔτι μὴν καὶ τῶν δαιμόνων θεολογούντων βέλτιον ἀρειανῶν τῶν χειροτονησάντων τὸν αἱρεσιάρχην ὑμῶν μακεδόνιον, καὶ μετ' αὐτὸν μαραθώνιον. „ Quin etiam daemones „ *audimus* de Deo melius loquentes, quam Ariani, qui Haereſiarcham „ veſtrum Macedonium ordinarunt ; ac poſt ipſum Marathonium. „ *Or ſe duecento, o trecento anni ſcritto aveſſe il noſtro Teologo dopo l'ele-*

l'elezione, o l'ordinazione di Maratonio in Veſcovo di Nicomedia, non par credibile, che venuto gli foſſe in penſiere di parlarne rimproverandone come autori gli Ariani.

4. *Suſſiſtevano ancora le Ereſie dei Frigi, e degli Eunomiani, i quali non conferivano validamente il batteſimo.... L'ereſia de' Manichei non ſolamente non era per anche ſpenta, ma gran numero di eſſi appeſtava l'Oriente.... Durava anche tra fedeli l'antico rito di rivolgerſi inverſo l'Oriente nel fare orazione.... Era tuttavia in uſo la diſciplina dell'arcano.*

5. *Ei fù, come da tutta l'opera è manifeſto, un Catolico zelantiſſimo. E la perſona particolare da eſſo impugnata, almeno nel cap. 8. del 2. Libro, fù un Macedoniano, il quale avea ſcritto un opuſcolo pieno d'ereſie, ed era ſtato prima Diacono d'una Chieſa Apoſtolica, poſcia fù ordinato Veſcovo dagli Ariani.* Καὶ πῶς ὦ μακεδονιανὲ οὐχὶ ταῦτα παρὰ τὰς ἐννοίας εἰσὶ τὰς θεολογικάς; πῶς δὲ αὐτόφωρος οὐκ ἐστὶν αὐτόθεν ἡ ὑπόκρισις; . . . ὅπερ μὴ φυλάττων, σὺ ὁ μακεδονιανὸς . . . κἀκεῖνο δὲ εἰδὼς ἴσθι, ὅτι οὐκ ἔλαθες πανούργως παραλείψας ἐν τῷ ματαίῳ καὶ καταβλαβεῖ πονηματίῳ σου, μᾶλλον δὲ βλασφημητηρίῳ σου τὸ προηγούμενον τῆς Θείας Γραφῆς . . . . εἰ δ' ἂν δὲ καὶ μὴ τὴν ἀρχὴν ἠκολούθησας ἐν μέρει τοῖς Ἀρείου ὑπασπισταῖς, οὓς μὴ δὲ λέγειν ἡμᾶς εἴη μὴ δὲ μανθάνειν, ἐρυθριᾶν αὐτῶν, ὡς περιτεθεικότας σοι ὄνομα ἐπισκόπου, διακόνῳ πρὶν τοῦ τῆς ὀρθοδόξου καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας τυγχάνοντι κ. τ. λ. „ At quomodo, „ o Macedoniane, non vides haec eſſe praeter ſententias Theologicas? & „ manifeſto ex his ipſis te hypocriſeos convinci? ... id quod non obſervans „ tu, qui Macedonianus es ... Atque illud etiam ſcito, quod non latet te „ fraudulenter omiſiſſe in inepto, & pernicioſo tuo opuſculo, vel potius in tuo blaſphematorio, id quod antecedit in divino textu .... „ Ac ſi praeterea initio ſecutus ex parte non fuiſſes Arii aſſeclas, quos „ nec nominare nobis licet, nec noſcere, reveritus eos, utpote qui „ tibi nomen Epiſcopi impoſuerunt, cum antea orthodoxae, & Apoſtolicae Eccleſiae Diaconus eſſes &c. „

6. *Rivolgendo* (Lib. 2. c. 26.) *il diſcorſo alla Santiſſima Trinità, e di molte coſe pregandola, fralle altre chiede eziandio queſta, che*

Digitized by Google

che il Nilo ſia abbondante d'acque: la qual preghiera ſembra indicare, ch'ei foſſe d'un paeſe vicino al Nilo. Καὶ διαρχία μὲν καὶ εἰρήνη ἀνὰ πᾶσαν γῆν καὶ θάλατταν κατὰ πάντα τρόπον καὶ λόγον ἔσται βαθεῖα· καὶ μεστὸν τοῦ Νείλου τὸ ῥεῖθρον· καὶ εὐπορία πλείστη. „ Et recta adminiſtratio, ac pro„ funda pax per totam terram ac mare erit omni modo & ratione: & „ Nili fluenta plena; & maxima ſegetum copia. „

Atque haec ſunt lineamenta, ex quibus ſive Anonymi illius effigiem dignoſcere, ſive quibus temporibus ſcripſerit dijudicare poſſimus. Has porro lineas Didymum Coecum commonſtrare mihi plane perſuaſum eſt. Quam pulchre enim cum Didymo Coeco (*Vid. ſup Animadv. 2 & 3*) ſtet ratio temporum & Baſilii defuncti; & haereſium Macedoniana ſeu vetuſtiorum, ſeu recentiorum, ne indicare quidem neceſſe eſt. Circumnilana etiam regio eſt per ſe menifeſta. Didymi vero Coeci temporibus Manichaeos efferbuiſſe, pluriumque Fidem, & mores corrupiſſe, exploratum habemus. Immo eoſdem Libro, partim certe adhuc ſuperſtite, Didymum ſummo cum ingenii acumine confutaſſe comperimus.

Reſtat nunc Macedonianus ille, in quem Anonymus iſte invehitur. Sed hac in re etſi nihil, quod plane certum ſit, proferre poſſum: ex paucis tamen, quae Aloyſius Frater, in ſua Epiſtola vulgavit, & ego hic attuli, quaedam mihi conjicere poſſe videor, ob quae Anonymus ille, Didymus meus jam cenſeatur; quodnam autem pondus hiſce conjecturis ineſſe debeat, ex ipſo Opere Frater meus intelliget, noſque etiam cum vulgatum fuerit, facile ſane dignoſcemus. Conjicio itaque Anonymum illum, ſive Didymum Coecum ibi invehere, vel in Lucium Pſeudoepiſcopum Alexandrinum, vel in Eunomium Cyzicenum Antiſtitem.

Et quoad Lucium quidem, Alexander Alexandrinus Antiſtes in Epiſtola Encyclica apud Socratem *Lib I. c. 6.* & Nicephorum *Lib. VIII. 27.* inter ceteros Euzoium & Lucium cum Ario deſciviſſe admonet: οἱ μὲν οὖν ἀποστάται γενόμενοι εἰσὶν, Ἄρειος .... καὶ Εὐζώϊος, καὶ Λούκιος. Idem deinde Alexander in altera Epiſtola ad Alexandrum Conſtantinopolitanum apud Theodoritum *H. E. Lib. I c. 4*, & *Hiſt. Tripart. Lib. I. c. 14*, atque apud Nicephorum *Lib. I. c. 8.* Euzoium & Lucium inter

Ale-

Alexandrinae Eccleſiae Diaconos, qui cum Ario excommunicati ſunt, diſerte commumerat. εἰσὶ δὲ οἱ ἀναθεματισθέντες αἱρεσιῶται .... ἀπὸ διακόνων ... Εὐζώϊος ... Λούκιος, κ. τ. λ. Iam vero cum Athanaſius anno Ch. 372. (a) defunctus eſſet, Ariani ſtatim curarunt, ut Lucius licet *ab omnibus ubique Orthodoxis ſaepe damnatus*, quemadmodum ait Petrus, Catholicus Athanaſii ſucceſſor in quadam Epiſtola apud Theodoritum *H. Lib. IV. c.* 22. Τῶν ἁπανταχοῦ Ὀρθοδόξων Ἐπισκόπων πολλάκις ἀπαγορευθεὶς Λούκιος, curarunt inquam, ut Lucius iſte Alexandrinam in ſedem obtruderetur. Quamobrem Euzoius praeſertim, qui una cum Ario damnatus olim fuerat, *Socr. Lib. II. c.*44, atque Antiochenſem jam occupaverat ſedem, apud Valentem, qui tum Antiochiae morabatur, egit, obtinuitque, ut opem ferente Militum manu ſibi onus imponeretur tradendi Lucio Alexandrinas Eccleſias, *Socr. Lib. IV.c.*21, ac *Theodorit. H. Lib. IV. c.* 21, & 22. Contra hunc itaque nebuloſum Doctorem, *velut lampadem quamdam Divina luce fulgentem Didymum Dominus accendit*, ſup. Num. I. *Tumque maximus Fidei Patronus ac propugnator Didymus habebatur*, ſup. Num. XXVII; *eumque Arianis, qui Alexandriae erant Divina oppoſuit Providentia*, ſup. Num. XXVIII: *Arianos enim non mediocri dolore afficiebat, dum Synodi Nicenae doctrinam aſſereret*, ſup. Num. XXIX, & XXXVIII. Ex quibus conjici facile poteſt, Lucium hunc eſſe ipſum, cui jam *Arii* ὑπασπισταὶ *Epiſcopi nomen impoſuerunt, cum antea Orthodoxae, & Apoſtolicae Eccleſiae Diaconus eſſet*.

At inquiet fortaſſe aliquis, Anonymum illum in Macedonianum, non in Arianum, cujuſmodi Lucium fuiſſe novimus, invehere Epiſcopum; quique praeterea Βλασφημητήριον edidiſſet. Verum quoad primum, vel Anonymus ille invehit in Macedonianum, eum nempe qui Macedonii erroribus eſſet infectus; vel in eum, qui Macedonianae factionis fuerit. Vtrumque porro Lucio Pſeudoepiſcopo Alexandrino convenire exiſtimo. Atque errores quidem Macedonii de Spiritu Sancto Arianis etiam, Eunomianiſque communes fuiſſe, colligi poteſt e Socrate *Lib. I. c. 6*; idque

(a) Vide Fontaninium Diſſert. de anno Emortuali Athanaſii poſt Hiſtoriam Litterariam Aquilejenſem.

que diſerte teſtatur Rufinus *Hiſt.Lib.I.c.25*, inquiens: *Macedonius... licet Spiritum Sanctum, aeque ut illi* (Ariani, & Eunomiani) *blaſphemaret &c.* Theodoretus etiam *Haer. Fab. Lib. V. c. 3.* ait: *nec primam facturam nominat* (Paulus 1. Cor. 2. 12.) *ſecundum Arii, & Eunomii, & Macedonii blaſphemiam.* οὐδὲ πρῶτον ποίημα ὀνομάζει, κατὰ τὴν Ἀρείου, καὶ Εὐνομίου, καὶ Μακεδονίου βλασφημίαν. Ob communes igitur hujuſmodi haereticorum errores Anonymus ille Arianum Epiſcopum haud injuria *Macedonianum* compellare potuit. Immo ab hac notione eumdem Anonymum non receſſiſſe judicabit, quicumque adverterit, ipſum de Arianis ea ſcripſiſſe, ex quibus intelligatur ab iis, Marathonium Nicomedienſem Epiſcopum ordinatum eſſe; licet hanc electionem, ut advertit Aloyſius Frater, cujus verba nuper dedimus, non modo Nicephorus Macedonio tribuat; ſed & Socrates *L.II.c.38.*, & Sozomenus *L.IV.c.20.*

Quod ſi vero Anonymus idem Macedoniani nomine innuere etiam voluit Epiſcopum Macedonianae factionis, conjici adhuc poſſet, Lucium eumdem ab ipſo perſtrictum eſſe. Etenim, ut novimus ex Rufino *loc. cit.* quamvis Macedonius a ſuis, qui eum, quod ſimilem Patri Filium diceret, deſeruerant, eſſet expulſus, *plurimi* tamen ...., *& Epiſcopi nobiles Macedonii magis errorem ſunt ſequuti.* Lucius porro, cum Arianorum Epiſcopus Alexandriam delatus eſt, CPoli profugus erat. *Alexandriae*, inquit Nicephorus *Lib. XII. c. 2. Ariani quidem Lucium Antiſtitem habuerunt, qui tum profugus Conſtantinopoli degebat &c.* Τῇ Ἀλεξάνδρου δὲ οἱ μὲν ἐξ Ἀρείου Λούκιον εἶχον ἡγούμενον, τηνικαῦτα φυγῇ ἐν τῇ Κωνσταντίνου χρηματίζοντα κ.τ.λ. Fortaſſe nempe Lucius iſte cum e ſede Samoſatenſi expulſus eſt, CPolim ſeſe receperat. Atque ex his quidem conjici poſſe arbitrarer, Lucium hunc unum fuiſſe ex iis Epiſcopis, qui Macedonianae factionis eſſent, cum a Macedonianis diſtare videri nollent Ariani, & Filium Patri ſimilem *gratiae largitate* tandem dixiſſent (*Ruf. loc. cit.*): ac propterea ab Anonymo, de quo loquimur, ſeu Didymo Coeco ſub *Macedoniani* nomine urgeri.

Reliquum nunc eſt Macedoniani ejuſdem Βλασφημητήριον. Verum nihil equidem, tuto reſpondere quod poſſim, compertum habeo. Illud tamen ex Hieronymi Catalogo cognoſcimus, eumdem Lucium praeter

G ter

ter Paſchales Epiſtolas reliquiſſe etiam *paucos variarum* ὑποθέσεων *libellos*. An vero in hiſce libellis eſſet βλασφημητήριον illud, quod Anonymus Aloyſii Fratris, ſeu Didymus meus confutarit, aſſerere profecto non auſim. Quamquam ipſas etiam Paſchales Lucii Epiſtolas blaſphemias in Chriſtum fuiſſe judicandum eſt ex unius fragmento, quod ſupereſt in Concilio Lateranenſi ſub Martino I. *Secr. V. edit. Concil. Pariſ. an.* 1671. *Tom. VI. pag.* 313. & eſt Λουκίου Ἀρειανοῦ ἐπισκόπου γενομένου Ἀλεξανδρείας ἐκ τοῦ εἰς τὸ πάσχα λόγου, eaſque in Chriſtum continet blaſphemias, quas & in Ario reprehendit Athanaſius *Lib.* 2. *cont. Apollinar.* Ac de Lucio quidem hactenus; nunc de Eunomio.

Sed & Eunomium Cyzicenum Epiſcopum ab Anonymo, de quo diſſerimus, ſi Didymus fuerit, perſtringi potuiſſe exiſtimo. Eunomium enim prius, quam Cyzicenae praeficeretur Eccleſiae, Eudoxius, qui Antiochenam in ſedem translatus fuerat, ſuum Diaconum ordinavit, ut habemus ex iis, quae Photius nobis ſervavit ex impii Philoſtorgii Hiſtoria *Lib. IV. n.* 5. Εὐδόξιος εἰς διακονίαν Εὐνόμιον προχειρίζεται. Porro illud etiam novimus, Eunomium eumdem *plurima contra Fidem noſtram* ſcripſiſſe, *Ruf. Hiſt. Lib. I. cap.* 25; & Fidei Expoſitionem, & Apologeticum, & Apologiae Apologiam edidiſſe, in quibus non ſolum contra Divinum Verbum, ſed etiam contra Spiritum Sanctum ſacrilege blaſphemavit. Demum comperimus ex Hieronymo *ſup. Num. VII.* Eunomio Didymum reſpondiſſe (a). Igitur, quoniam ſupereſt adhuc & Eunomii ἔκθεσις, edita a Valeſio ad Socratis *Lib. V. c.* 10, iterumque ab Io. Alb. Fabricio *Bibl. Gr. Vol. VIII. p.* 253, & ejuſdem Ἀπολογητικὸς, ab eodem Fabricio vulgatus, *ibid. p.* 262.(b); ex ipſo Opere dignoſcemus, an Eunomium Anonymus ille confutet, an vero alium: quemadmodum ſane ex Baſilii, & Gregorii Nyſſeni Operibus videmus, alterum Eunomii ἔκθεσιν confutaſſe, alterum ἀπολογίας ἀπολογίαν.

Nunc

(a) Io. Alb. Fabricius *Bibl. Gr. Vol. VIII. p.* 250. recenſens eos, qui contra Eunomium ſcripſerunt, cum calami ductum non advertiſſet, Didymum *Caeſareenſem* edidit.

(b) Baſnagius in Antiquis Caniſii Lectionibus T. I. p. 178. edidit vel ipſe ex Valeſio Eunomii ἔκθεσιν, & fragmenta ἀπολογητικοῦ: ſed & praeterea *ſcholia*, ſeu diſputationem Orthodoxi, & Eunomii latine tantum.

Nunc vero ſiquis illud ex me poſtulet, Lucium ne, an Eunomium ab Anonymo, ſeu Didymo perſtringi cenſeam, licet in re admodum obſcura verſari me ſentiam, quod mihi tamen videtur, libere dicam. Itaque Hieronymus *ſup. Num. VI*, ait Didymum *contra Arianos libros duos* ſcripſiſſe: Socrates vero, *ſup. Num. XXVII. tres libros de Trinitate* eumdem dictaſſe teſtatur. Caveus quidem *Script. Eccleſ. p.* 161. Didymi ſcripta deperdita recenſens inquit: *De Trinitate Libri III... De Dogmatibus, & contra Arianos Libri II.* „ qui cum unicò „ illo de Sp. S. idem fortaſſe cum praecedente Opus confecerunt: niſi „ quis Librum de dogmatibus, ab iis contra Arianos diverſum quid „ arbitretur. „ Ioannes vero Albertus Fabricius *Biblioth. Gr. Volum. VIII. p.* 356. inquit: *incertum*, *an* Tres Libri de Trinitate *iidem cum Libris duobus contra Arianos*, *atque ſimul cum illis computato Libro de Spiritu S. vel Sectarum volumine*. Aſt cenſerem ego revera duobus Libris contra Arianos Eunomio Didymum reſpondiſſe: contra Lucium vero, tres Libros de Trinitate edidiſſe. Innotuerat enim Hieronymo, & Didymum Eunomio reſpondiſſe, & duos Libros contra Arianos ipſum elucubraſſe: at Tres Didymi Libri de Trinitate Hieronymo fortaſſe non innotuerant, niſi nempe dixerimus, aut alio nomine indicatos eoſdem fuiſſe ab Hieronymo, aut comprehenſos his verbis: *conſcripſit .... infinita alia*, *quae digerere proprii indicis eſt*. Porro admodum aegre mihi perſuaſerim, tam praeclarum Opus Hieronymum, ſi noviſſet, diſerte non commemoraſſe. Quamobrem ex his conjici poſſe mihi videtur, tres hoſce Libros de Trinitate contra Lucium *nebuloſum Doctorem* tum demum a Didymo evulgatos fuiſſe, cum Hieronymus jam Alexandria diſceſſiſſet.

Rurſum eoſdem tres Anonymi Libros de Trinitate contra Lucium Alexandrinum magis, quam contra Eunomium elucubratos fuiſſe, uberius etiam colligendum puto ex ipſis Anonymi, ſeu Didymi verbis ab Aloyſio Fratre in ſua Epiſtola allatis *cap.* 1. *pag.* 40, & 44. ubi dicitur. *ἀλλὰ μὴ δέ τινα πειραθῆναι διελέγξαι με, ὡς ἄλλων λόγους ἀκούσας κατὰ τοῦ Θεοῦ Λόγου, καὶ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος, ἢ δι' αἰδῶ τυχὸν ἢ φόβον τοῦ λέγοντος ἐπινεύσας, καὶ τὰ μὴ καλὰ ἐπαινέσας· ἢ ὅλως ὀλιγωρήσας ποτε,*

καὶ ἐν ῥᾳθυμίᾳ τῇ οὐκ ἐνδέοντι θέμενος τὸ πρὸς δύναμιν ἀντιτάξασθαι· μηδένγε ἐκ τοῦ ἐναντίου φάναι πολλοὺς ὡς ἀεὶ παρῆλθον εὔτονος καὶ ἥμερος εἰς τὰ τοιαῦτα· ἢ δώσων δίκην ἢ ληψόμενος· κέρδος γὰρ μέγιστον καὶ αἰώνιον ἐμαυτοῦ, καὶ τῶν ἐξ ἐμοῦ, καὶ τῶν σὺν ἡμῖν ἡγοῦμαι καλῶς τὸ πάντα πόνον, εἰ δεήσοι, καὶ κίνδυνον ἑλέσθαι ὑπὲρ τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς, καὶ σώζοντος, καὶ φιλανθρωπεύσασθαι αὐτοῦ ἕνεκα ἔχοντος Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, καὶ Ἁγίου Πνεύματος.... ἱκετεύσατε ἰδικῶς ὑπὲρ ἐμοῦ.... τήν τε ἐπὶ τούτῳ γνώμην διατηρηθῆναί μοι ἀκίνητον. *Sed nec ullus quidem me redarguere tentavit, quod ſermones contra Deum Verbum, & Spiritum Sanctum audierim, & quod prae verecundia fortaſſe, aut loquentis timore annuerim, ac ea, quae recta non erant, laudaverim; aut quod omnino unquam neglexerim eis pro virili parte obſiſtere, & contra quam deceat, ſocors fuerim. Quin immo e contrario dicent multi, me pro hujuſmodi rebus in medium ſemper prodiiſſe magna voce, & ſine perturbatione ad litem aut intentandam, aut ſuſtinendam. Nam lucrum maximum & aeternum puto mei ipſius, & eorum, qui ex me, eorumque, qui nobiſcum ſunt, omnem laborem ſtrenue, ac periculum, ſi opus fuerit, ſubire pro Patre, & Filio, & Spiritu Sancto, qui nos fecit, & ſalvat, & judicaturus, ac ſui ipſius cauſſa benigne excepturus eſt... Supplicate peculiariter pro me... ut in mea de hac re ſententia immobilis permaneam.* Quis vero hic non videat, praeclari ejus Operis Auctorem media ipſa in acie haec ſcripſiſſe; adeoque in Lucium ibi invehere?

At neque illud etiam praeteream, Eunomium quidem Antiochenum Diaconum ſub Eudoxio fuiſſe; at non propterea *Orthodoxae, & Apoſtolicae Eccleſiae Diaconus* dicendus is fuit: videt enim quiſque eumdem Acatholici Epiſcopi in ea Eccleſia Diaconum fuiſſe. Atque hoc tanti faciendum cenſeo, ut propterea de Aëtio Antiocheno pariter Diacono Leontii Ariani, *Philoſtrog. Lib.III. n.16*, ac deinde Epiſcopo, *Philoſtorg. Lib.VII. n.7.* ne verbum quidem protulerim. Contra vero Lucius prius, quam cum Ario anathemate percuſſus fuiſſet, *Orthodoxae* revera, *& Apoſtolicae Eccleſiae* Alexandrinae Diaconus fuerat.

Ac tandem illud etiam commemorabo, videri mihi Eunomium

Ma-

Digitized by Google

Macedonianum dici plane non debuiſſe. Etenim quemadmodum antea ex Rufino dicebamus, Macedonius a Sacerdotibus & populo Ariano expulſus eſt, quod Filium Patri ſimilem fateretur; dum Eunomius contra diſſimilem aſſerere non deſiſteret; Macedonianae igitur factionis cenſeri non debet Eunomius, licet ipſe quoque in Spiritum Sanctum blaſphemaret. Immo cum, *Philoſtorg. Lib. VII. n.* 7, Eunomius atque Aëtius, quorum opera Ariani plurimum utebantur, saeviente in Chriſtianos Iuliano Apoſtata, h. e. iis temporibus, quibus Macedonius a Sede CPolit. expulſus palam in Spiritum Sanctum blaſphemare ceperat, Filium Patri ſimilem faciens, CPoli morarentur; magis idcirco cenſerem Eunomium Macedonii hoſtem, quam factionis ejus fuiſſe.

Sed jam hactenus de indiciis, quibus Anonymus ab Aloyſio Fratre quaeſitus, innoteſcere debuit. Nunc vero alia adhuc adjiciamus. Etſi enim, quae huc uſque protuli, Didymum Coecum declarant; quia tamen alii ejus Operis Auctorem, multo recentiorem autumant, quam termini ab Aloyſio Fratre conſtituti ferant, atque ego determinaverim: alii vero, licet mea non viderint, aut ex me noverint, jam tamen praejudicarunt ingenioſe magis, quam vere Didymum Auctorem Operis nuper detecti de Trinitate ſtatui poſſe; idcirco nunc ea momenta afferamus, quae rem plane conficere debeant, ut qui parte inaudita altera ſententiam tulerunt, videant jam, an aequum ſtatuerint.

Itaque Didymi *ſtylus & ſaliva docere* nos *poterit*, ut verbis utar Hieronymi *Ep.* 65. an Opus illud, de quo quaerimus, Didymo revera tribuendum ſit. Inquit ergo Hieronymus *ſup. Num XXIII. Imperitus ſermone eſt, ſed non ſcientia*. Iſta quidem verba interpretatus benigne eſt Fabricius *Bibl. Gr. Vol. VIII. p.* 358. de ſtyli ſimplicitate, non de vitio. Verum ſi tres Libri de Trinitate, de quo Aloyſius Frater, a Didymo Coeco elucubrati fuerunt, veram ſermonis imperitiam declarant. Non modo enim Frater meus *Cap. III. p.* 86. ſyllabum exhibuit octoginta trium vocum, quae in Graeca lingua, vel novae accidant, vel a communi uſu & notione recedant; verum etiam, expertus eſt varia loca ita eſſe conſtructa, ut nonniſi aegre eorum vis dignoſcatur. Si haec igitur obſervamus in exiguo iſto ſpecimine, ab

Aloy-

Aloyſio Fratre edito; quam multa, cum Opus integrum editum fuerit, obſervanda ſupererunt? Ex his ergo intelligemus imperitiam ſtyli, quo tres Libri de Trinitate nuper detecti, conſcripti ſunt Didymum Auctorem patefacere. Intelligemus etiam Didymum de ſeipſo ingenue loquutum eſſe, cum Librum de Spiritu Sancto ita concluſit: „ Siquis hoc volu-
„ men legere voluerit .... tantummodo conſideret, qua mente quid
„ dictum ſit, non quibus expreſſum ſermonibus. Sicut enim pietatis
„ ſenſum nobis audaciter, juxta noſtram conſcientiam vendicamus;
„ ita quantum de eo loqui pertinet venuſtatem rhetoricam, facundiam-
„ que juxta conſequentiam, textuſque ſermonis nos procul abeſſe, ſim-
„ pliciter confitemur: ſtudii quippe noſtri fuit, de Scripturis Sanctis
„ differentibus, pie intelligere, quae ſcripta ſunt, & imperitiam, men-
„ ſuramque noſtri ignorare ſermonis. „

Deinde Baſnagius, qui *Antiqu. Lect. Caniſ. T. I. p.* 197. edidit ſuas in Didymum Animadverſiones, Num. V. pag. 199. eidem Didymo vindicat *Commentarios in Epiſtolas Canonicas*, qui ejus nomine circumferuntur, & a quibuſdam nothi putantur. Inter cetera autem haec inquit: *Tertio ſubtilis nimium videtur Commentator ille; qui ſaepius circa voces, & verba ſcrupulos movet; indeque myſteria eruere conatur, quae fuit Didymi Alexandrini methodus, ut ex initio Fragmentorum adverſus Manichaeos, unicuique legenti conſtabit*. Porro ſi Baſnagii temporibus tres Libri de Trinitate, de quibus inveſtigamus, innotuiſſent; quam opportunum rei ejuſdem confirmandae exemplum is nactus fuiſſet! Iſtud ego ex Epiſtola Aloyſii Fratris huc transferam, ut iſtae quoque Didymi mei lineae appareant. Frater igitur meus Cap. III. producens Anonymi ſui opiniones *pag.* 101. hanc etiam protulit: *La ſeſta ſembrami (ſe pur m'è lecito il dirlo) degna più di un Cabbaliſta Rabbino, che della gravità di un Teologo Criſtiano. Spiega egli nel lib.* 2. *cap.* 14. *quelle parole del Geneſi*: Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas, *e dopo aver fatto oſſervare al Lettore, che lo Spirito Santo ſul Giordano comparve* Ἐν εἴδει περιστερᾶς, *cioè* in forma di colomba, *ſoggiunge, che la ſteſſa voce* περιστερὰ *viene a dinotare, che lo Spirito Santo è incircoſcritto; perciocchè nell'abbaco greco valendo eſſa* 801,

dello

dello ſteſſo valore ſono ancora le due lettere Alfa, ed Omega, che nelle Sacre Scritture del nuovo Teſtamento ſono uſate talora qual ſimbolo della Divinità. Εἴπερ δὲ καὶ ἐκ τῆς συναγομένης ψήφου ἀπὸ τοῦ ὀνόματος τοῦ μνημονευθέντος πτηνοῦ ἐπικουρίαν τινὰ δεῖ τῷ λόγῳ τούτῳ πορίζεσθαι, καὶ αὐτὴ ὑποσημαίνει πως τὸ ἀπερίγραπτον τοῦ ἁγίου πνεύματος· ἔστιν γὰρ περιστερὰ μιᾶς καὶ ὀκτακοσίων ψήφου αἵ τινες δηλοῦνται διὰ τὸ ἄλφα, καὶ ῶ· τὰ δὲ στοιχεῖα ταῦτα ἀρχὴ καὶ τέλος ὅλον καθέστηκε τῶν στοιχείων. *Cioè*: „ Si vero etiam ex „ numero, qui colligitur ex nomine commemoratae volucris, adju„ mentum aliquod orationi noſtrae oportet comparare, is quoque quo„ dammodo ſubindicat, Spiritum Sanctum eſſe incircumſcriptum: nam „ vox περιστερὰ (quae *columbam* deſignat) eſt octingentorum & unius: „ qui numerus ſignificatur per ᾶ, & ῶ. Haec autem elementa ſunt „ initium & finis omnium elementorum. “ *Così il noſtro Teologo, il qual però premettendo quella ſua proteſta, che avete or letta, ben moſtra, che non faceva egli ſteſſo gran conto di un tale ritrovamento. Che ſe altri ciò non oſtante (voi non già, Monſignore* (a), *il quale oltre che ſiete di una maraviglioſa ſaviezza dotato, verſato ſiete eziandio nell'opere de' Padri antichi) ſe altri, dico, non uſo di riferir ciò che legge, al ſecolo in cui fu ſcritto, prendeſſe quindi occaſione di dileggiare, o diſprezzare il mio Autore, fa d'uopo che queſti avverta, che ſomiglianti coſe s' incontrano alle volte negli Scrittori anche più dotti, e pregevoli di que' tempi, le quali non dubito che non aveſſero tralaſciate, ſe in altro ſecolo ſcritto aveſſero così colto, e filoſophico, come è il preſente.*

Sed hic mihi videre videor Monachum ſenem, oculis captum, ingenio peracutum, zelo Divinitatis Spiritus Sancti aeſtuantem, digitiſque numeros elementorum περιστερὰ tentantem, & hujuſmodi ſpeculationibus, quae arcana, & plane Divina imperitis hominibus plerumque videntur, rudioribus Arianis celeſtia illa inſinuare myſteria: quemadmodum profecto videmus rudiores Iudaeos, qui celeſti delectatione perciciti Chriſtum jam ſequi propoſuerint, cum gaudio intentos ora tenere, ſi a

(a) Ioannes Archinto, Praeſul Ampliſſimus, ad quem Aloyſii Fratris Epiſtola ſcripta eſt.

ſi a Catechiſta intelligant altera Legis voce ברא perſpicue Trinitatem contineri, & arcana eſſe ejus vocis elementa, cum א ſit אב ſeu *Pater*, ב ſit בן ſeu *Filius*, ר ſit רוח ſeu *Spiritus*. Et quamvis horum nihil Viri Docti ex ea voce excalpere queant; admirantur tamen Catechiſtam ſeſe rudibus contemperantem, & altiſſima ac Divina perſuadentem myſteria, innocua vel induſtria, vel, ſi malueris, inſcitia. Ita ergo Didymus, cui hoc unum propoſitum erat, ut Trinitatis myſterium Arianis perſuaderet, ejuſmodi etiam arcanas ſubtilitates excogitabat, ut quodlibet Arianorum genus argumenta ſibi contemperata nanciſceretur; licet non omnia aeque ſolida revera eſſent. Quamobrem de eo ſcripſit Rufinus *ſup. Num. I. Nos autem, qui vivae vocis ejus ex parte aliqua fuimus auditores, & ea, quae a nonnullis dicente eo deſcripta legimus, longe majorem gratiam, & Divinum neſcio quid, ac ſupra humanam vocem ſonans, & in illis magis ſermonibus, qui de ore ejus proferebantur, agnovimus*. Ac Sozomenus etiam *ſup. Num. XXIX.* advertit, Didymum perſuadere facillime conſueviſſe, non ſermonum vi, ſed pro ea, qua valebat perſuadendi facultate.

Iam vero & Anonymi locum nunc afferam, quem edidit Aloyſius Frater *cap.* 1. *Degli Angeli n.* 1. *pag.* 38. & 41. ex quo quaedam deduci fortaſſe poſſunt, quibus Didymus latens innoteſcat. Inquit enim ibi Anonymus: οἶδα δὲ σαφῶς ὦ εὐδόκιμοι, οἱ τὸ οὐράνιον φῶς κατοικοῦντες ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ· ὅτιπερ ὑμεῖς ὡς ἄμεμπτοι καὶ τέλειοι οὐκ ἠχθέσθητε ἐπὶ τοῖς λεχθεῖσιν παρ' ἐμοῦ ἕνεκα τῶν κατὰ τὴν φύσιν, οὐ κατὰ τὸ ἐπαινετὸν τῆς γνώμης ὁμοίων ὑμῖν ἀγγέλων, οἷς ἐξ ἀρχῆς μέμψις παρηκολούθησεν. i. e. „ Novi „ autem optime, o illuſtres ac celeſtem lucem inhabitantes Angeli Dei, „ quod vos utpote irreprehenſibiles, ac perfecti, irati non eſtis ob ea, „ quae a me dicta ſunt illorum Angelorum cauſa, qui ſecundum na„ turam, non vero ſecundum laudabilem mentem, vobis ſimiles ſunt, „ qui ab initio reprehenſionem meruerunt. „ Ignoro equidem omnino, an haec verba ex ejus Operis contextu ad aliquem de malis Angelis ſermonem referri debeant: verum niſi quidpiam in eodem Opere occurrerit, ad quod hic locus referatur, dicam ego, videri mihi referendum ad abſurdas de malis Angelis opiniones ex Origenis Operibus a Didymo

dymo hauſtas abſque delectu, rebuſque haud ſatis quidem perpenſis.

Neque vero, ut arbitror, ab iſta ſententia quemquam retrahere debet ὁ μακαρίτης Annalium Eccleſiaſticorum Parens, qui ad an. Ch. 372. n. 25. ſcribit: *Didymus .... qui ſui Origenis amore captus, ita erga eum affectus eſt, ut quaecumque ille ſcripſerat, velut e celo delapſa acceperit, magnoque Eccleſiae detrimento aliis communicaverit; nec id quidem palam, vel omnibus, ſed furtim in aures curioſorum audientium inſtillaret, quos facile omnis agitaret doctrinae ventus.* Plura ſiquidem extant monumenta, quae plane oſtendunt, furtivam non fuiſſe Didymi alios hiſce imbuentis operam. Hieronymus certe, *ſup. Num. XI. XII. XIII. XIV. & XV.* nimis diſertus eſt, nec ſinit quempiam ſuſpicari, Didymum Origenis venenum clam Auditoribus propinaſſe. Immo enim inde intelligimus, eumdem Didymum Commentaria etiam evulgaſſe, quibus Origenis ſenſum ediſſereret, & quae ab Origene ſcripta erant, quaſi bene dicta defenderet. Quid etiam eſt aliud Didymi Liber, *ſup. Num. XVI*, quo ſciſcitanti Rufino, quare moriantur infantes, cum propter peccata corpora acceperint, reſpondit: non eos multa peccaſſe, & ideo corporum carceres tantum eis tetigiſſe ſufficere, niſi purus putus Origeniſmus?

Sed & in editis, quae ſuperſunt, Didymi elucubrationibus, perſpicua ſunt Didymi loca Origeniſmum redolentia. Duo autem praecipue ejus generis cenſentur. Primus itaque locus continetur *Enarratione* in 1. Petr. c. 1. v. 12. ſuper ea verba; *in quem deſiderant Angeli proſpicere*, ubi Didymus inquit: *Si vero alium quemdam ſta um* (quam qui in fine ſeculi futurus eſt) *viderunt* (Angeli Sancti) *beatum, per ea, quae revelata ſunt a Sancto Spiritu eis, qui Evangelium ſuſceperunt, praeter eum, qui dictus eſt; dicendum eſt, & concupiſcere in eum proſpicere Angelos, qui in tranſgreſſione quadam inventi ſunt. Nam licet quidam eorum pravi ſint, attamen detenti ſupplicio reſipiſcentes unde ceciderunt, quod etiam ſtudioſis hominibus compromittitur, habebunt deſiderium vel per feneſtras ea reſpicere.* Hujus loci quaedam protulit & Baſnagius in ſuis Caniſii Lectionibus Antiquis *Animadverſionum in Didymum Num. IV*; ſed ipſe fortaſſe legit: *attamen detenti ſup-*

H plicio.

plicio reſipiſcent, unde ceciderunt. An hanc vim Didymi textus habere debeat, tamdiu ignorabimus, quamdiu idem ab Eruditis evulgetur. Arbitror tamen, verborum Didymi vim fuiſſe *reſipiſcentes*, non *reſipiſcent*. Origenes enim, ſi recte eum intellexi, non ajebat Daemones poenitentiam revera acturos, ſed tantum, agere poſſe, ſi velint, & reſipiſcere, quemadmodum poſtea diſſeremus.

Alterum vero locum deſumunt ex Enarratione in Ep. Iud. v. 9, ubi Didymus ait: *Non eſt diabolus terrena ſubſtantia. Habuit enim aliquando Divinam gloriam, & ſanctam Dei ſcientiam, licet converſus de magnitudine tanta deciderit. Oſtenditur itaque ex communi ſenſu, quem habemus de cunctis rationalibus, quoniam cum ſunt liberi arbitrii, & converſio ſit facta diaboli, natura non malus eſt, quomodo nec ipſe, qui cunctos malignitate tranſcendit hujuſmodi eſt, licet adverſarii hujus contemplationis praeſcribant praeſenti Epiſtolae*. Ex hoc pariter loco iſta deprompſit Baſnagius, *ibid. Oſtenditur enim ex communi conſenſu, quem habemus de cunctis animabus, quoniam cum ſint liberi arbitrii, & converſio ſit facta diaboli, quod non ſit malus*. Atque hinc deduxit, iſta a Didymo dicta videri *de converſione diaboli, quaſi jam facta*. Sed quam immane diſtat ab errore tam craſſo Didymi ſententia! Non enim aliud ibi vult Didymus, quam oſtendere Manichaeis, diabolum ſuapte origine & natura malum non eſſe. Quamobrem propoſiti verſiculi ita exorditur Ennarrationem: *Si ſubſtantialiter malus eſt diabolus, ſicuti putant terrenas ſubſtantias introducentes &c.* Quanquam ſi, quod ſentio, fateri debeam, non modo in allatis Didymi verbis, nihil tale video, quale Baſnagius ſibi vidiſſe viſus eſt; ſe neque Origeniſmum ibi perſpicio. Licet enim ſi Manichaeus a Didymo quaeſiviſſet, an diabolus inter cruciatus infernos adhuc liber exiſtat, ſtatim reſponſurus fuiſſet cum Origene, liberrimum permanere, & in ipſius poſitum poteſtate, ut reſipiſceret; ex iis tamen, quae Didymus ſcripſit, in ipſum ferendam arbitror ſententiam; non ex iis, quae in alia hypotheſi dicturus fuiſſet.

Sed revertamur unde diſceſſimus. Validius ergo me urgebit aliquis, quod productis Anonymi verbis Origeniſmum ibi latere poſſe pronun-

Digitized by Google

nuntiaverim. Eumdem Anonymum, inquiet, gehennae aeternitatem agnoviſſe, negari non poteſt; ubi igitur Origeniſmi veſtigia? Haec certe ex Anonymo ſuo protulit Mingarellius *p.* 50. Ἀνακαινίζει τοίνυν ἡμᾶς τὸ Ἅγιον Πνεῦμα ἐν τῷ βαπτίσματι .... καὶ υἱοὺς καὶ κληρονόμους τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, συμμόρφους τε τῆς εἰκόνος τοῦ Υἱοῦ, καὶ συγκληρονόμους αὐτοῦ, καὶ ἀδελφοὺς συνδοξασθησομένους, καὶ συμβασιλεύσοντας αὐτῷ· καὶ ἀντὶ γῆς πάλιν δωρεῖται τὸν οὐρανὸν, καὶ τὸν παράδεισον ἀφθόνως χαρίζεται, καὶ ἀγγέλων ἤδη ποιεῖ τιμιωτέρους, καὶ τοῖς θείοις τῆς κολυμβήθρας ῥείθροις τὴν τοσαύτην τῆς γεέννης ἄσβεστον κατασβέννυσι φλόγα. i.e. *Renovat nos igitur Spiritus Sanctus in baptiſmo .... & filios, & haeredes Dei, ac Patris, & conformes imaginis Filii, & cohaeredes ejus, & fratres conglorificandos, & ſimul regnaturos cum ipſo; & pro terra rurſum donat celum, & Paradiſum liberaliter largitur, & Angelis jam honoratiores facit, & divinis piſcinae fluentis tantam gehennae inextinguibilem flammam extinguit.*

Non equidem reſpondeam ei, qui haec objiceret, ἄσβεστον φλόγα, ſignificare magis *inextinctam flammam*, quam *inextinguibilem*; communiter enim de flamma inextinguibili intelligi ea conſueverunt. Sed, quoniam iterum in hoc Anonymi textu Origeniſmi indicia ſeſe prodere videntur, dum ait, *pro terra rurſum nobis donari celum*; idcirco duo haec reſpondere poſſum. Primum ſcilicet Origenem, non omnem plane gehennae aeternitatem ſuſtuliſſe: alterum, Didymum certe ſententiam temperaſſe Origenis, ſi hic revera a quacunque gehennnae aeternitate plane abhorruerit.

Origenes ergo ut Baſilidianorum, Marcioniſtarum, aliorumque hujuſmodi haereticorum pernicioſos errores de neceſſaria praedeſtinatione hominum ad vitam vel interitum convelleret, in abſurdas plane opiniones declinavit, quas expoſuit in Libris περὶ ἀρχῶν. Utique recte ajebat Origenes, creaturarum rationalium nullam ſuapte natura ad interitum deſtinatam; ſed, addebat abſurde, cum omnes ſimul rationales hujuſmodi creaturae conditae fuerint, & per celos diſperſae, unaquaeque autem in ſeipſa haberet cauſſas, liberum nempe arbitrium, cur bona vel mala eſſet; propterea quae in illo initio permanſerunt, ordinem

ſortiuntur Angelicum, aliae Virtutum, aliae Principatuum &c. At vero quae de ſtatu primae beatitudinis motae quidem ſunt, non tamen irremediabiliter, humanum ſtatum ſub bonorum Angelorum regimine ſunt nactae; quae autem daemones poſtea fuerunt, tunc in tantam delapſas eſſe indignitatem & malitiam, ut indignae habitae ſint ea eruditione, qua per carnem humanum genus adjutorio celeſtium Virtutum inſtituitur, atque eruditur; atque immo hominibus adverſantes, repugnanteſque exiſtant. His explanatis Origenes metuens, ne haeretici, quod ita viderentur daemones arbitrio deſtituti, inde inferrent, ne ceteris quidem mentibus reliquam eſſe arbitrii libertatem, abſurdiſſime adjecit *Lib. I c. 8. de Angelis*, cum ordinem rationabilis creaturae, ſe ita praecipitem nequitiae dediſſe, ut revocari magis nolit, quam non poſſit, dum ſcelerum rabies jam libido eſt, & delectat: Quin poſſe eoſdem daemones per majora, & graviora ſupplicia, nec non & diuturna aſperioribus emendationibus reparatos, ac reſtitutos ſubjici primum bonis Angelis imbuendos; deinde graduum virtutibus ad ſuperiora provectos poſſe ab uno in alterum ordinem tranſire, & per ſingulos in omnes & ab omnibus in ſingulos pervenire. Atque en Summa Origeniſmi hac in re, omnibus, qui Libros περὶ ἀρχῶν legerint, exploratiſſima. Porro intelligit quiſque, gehennae aeternitatem ex his nonniſi illatione ad ſummum excludendam fore: Origeniſque abſolutum dogma non fuiſſe, nulla in hypotheſi creaturae cujuſvis gehennam aeternum duraturam.

Sed quaecumque demum fuerit Origenis ea de re ſententia: non enim Origenis Advocatus in Forum acceſſi, aut Actor in eum; Didymus certe eam ita complexus non eſt, quin pro aliquibus ſaltem aeternum gehennae ignem admitteret. Quamvis enim Didymo Manichaeis oppugnandis Origeniſmus peropportunus viſus fuerit, eumque propterea ſit ſequutus lubenter; aeternum tamen ignem, certe pro quibuſdam admiſit. Etenim Didymus Librum de Spiritu Sancto ita exorditur: *Omnibus quidem, quae Divina ſunt, cum reverentia & vehementi cura oportet intendere, maxime autem his, quae de Spiritus Sancti Divinitate dicuntur, praeſertim cum blaſphemia in eum ſine venia ſit: ita ut blaſphemanti poena tendatur non ſolum in omne praeſens ſecu-*

Digitized by Google

ſeculum, ſed etiam in futurum. Ait quippe Salvator, blaſphemanti in Spiritum Sanctum non eſſe remiſsionem neque in iſto ſeculo, neque in futuro. Eidem pariter Libro prius, quam extrema adderet verba, quae nuper attuli, ita diſſeruit: *Quicumque*, inquiens, *in eum blaſphemaverit, non ſolum in hoc ſeculo, verum etiam in futuro non dimittetur ei; nec ulla miſericordia & venia reſervabitur illi, qui conculcaverit Filium Dei, & injuriam fecerit Spiritui gratiae ejus, in quo ſanctificatus eſt. Quod quidem & in Deo Patre eſt intelligendum. Nam qui blaſphemaverit in eum, & impie egerit, ſine venia cruciabitur, nullo pro eo Dominum deprecante, ſicut ſcriptum eſt:* „ Qui autem in Dominum Deum peccaverit, quis orabit pro eo? „ *Nec non &*: „ qui Filium negaverit coram hominibus, negabitur ab eo „ coram Patre, & Angelis ejus. „ *Ergo quia nulla venia in Trinitatem conceditur blaſphemantibus, omni ſtudio & cautela eſt providendum, ut ne in brevi quidem parvoque ſermone de ea diſputantes labamur*. Hoc idem repetit Didymus Enarratione in Ep. Iudae *cit. Bibl. PP. T. IV. p.* 337. F; idemque inferes ex Libro contra Manichaeos, *cit. Caniſ p.* 213. Quare ob aliqua ſaltem ſcelera novit Didymus, quoſdam homines in futuro ſeculo aeternum fore cruciandos, nulla miſericordia & venia, talia peccantibus reſervata. Quamvis igitur Didymus ipſe revincendis Manichaeis Origenis opinionibus uſus fuerit, ac licet Origenes, gehennae ignem pro nulla rationali creatura aeternum unquam futurum putaſſet; Didymus tamen ab errore tam grandi longius abfuit. Quapropter ſi Anonymi locus, quem in Origeniſmi ſuſpicionem antea adduxi, revera Origeniſmum ſapiat, invaleſcere oportebit meas de Didymo ejus Operis Auctore conjecturas, quamvis τὴν ἄσβεστον φλόγα de flamma vere ineſtinguibili dictam eſſe velimus.

Iam vero & alterum nunc afferam locum Anonymi, quem hic detegendum ſuſcepi, Origeniſmo infectum. Edidit hunc locum Aloyſius Frater Epiſtolae ſuae *Cap. II. p.* 83, ubi oſtendit eumdem Anonymum Divinam agnoviſſe gratiam. Haec autem, quae habet Auctor ille *Lib. I. c. 9.* ſunt ejuſmodi: Περὶ ἡμᾶς ἐστὶ τὸ τινὰ μὲν ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας· τινὰ δὲ ἐκ τοῦ ἐφ' ἡμῖν θελήματος ἔχειν· καὶ γὰρ εἰ βουλήσει

μὲν

μὲν τῇ ἑαυτῶν, ἀλλὰ τῇ τοῦ Θεοῦ κτώμεθα τὸ συνεστάναι ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, καὶ τὸ εἶναι λογικοί· οἱ γὰρ οὔπω ποτε ὄντες, πῶς εἴχομεν βούλεσθαι ἢ μὴ βούλεσθαι; Προαιρέσει δὲ ἰδίᾳ ἔχομεν τὸ εἶναι καλοὺς ἢ κακούς· ἐπιστήμονάς τε κατ᾽ ἐπιτηδειότητα, ἢ ἀνεπιστήμονας κατὰ ῥαθυμίαν. i.e. *Noſtrum autem eſt quaedam quidem ex Dei operatione, quaedam vero ex noſtra voluntate habere: nec enim noſtra voluntate, ſed Dei habemus, ut conſtemus ex anima & corpore, & ut rationales ſimus: qui enim necdum ullo modo exiſtebamus, quomodo poteramus velle, aut nolle? Propria autem electione habemus, ut boni ſimus, aut mali; & docti ex ſtudio, aut indocti ex ignavia.* Haec porro ex Origene deſumpta novimus. Ait enim & Origenes *Hom. XII. in Num. Sunt ergo quae dantur a Deo, & ſunt quae praebentur ab homine: verbi gratia in homine fuit, ut una mna faceret decem mnas.... Ex Deo autem fuit, ut haberet homo mnam, ex qua facere poſſet decem mnas.* Similiter *Lib. VI. in Ep. Rom.* ait Origenes: *ut boni, aut mali ſimus, noſtrae voluntatis eſt*; aliaque hujuſmodi in Libris περὶ ἀρχῶν facile reperies. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα. Verum arbitror ſane neque Adamantium, neque Anonymum antea dictum, ſeu Didymum, propterea a confitenda Dei gratia abhorruiſſe. Et quoad Origenem quidem, diſertus eſſe poſſem, ſi, quae Auditoribus meis olim hac de re praelegeram, huc transferre aequum eſſet (a). Sed cum non ſit hic ſuus de iis diſſerendi locus, nimis enim a recto itinere digrederemur, indicabo tantummodo, Origenis ſcopum nunquam fuiſſe, libertatem extollere arbitrii, ut Dei gratiam auferret, quod Pelagiani poſtea fecerunt; ſed dumtaxat liberum defendere arbitrium, contra eos, qui hominem neceſſario vel bonum, vel malum operari blaſphemabant; in quo tamen ſemper ſuppoſuit Divinum adjutorium praeſto eſſe homini bene agenti, licet aliter Viris Clariſſimis, atque Eruditiſſimis viſum fuiſſe noverim. Horum omnium haec eſto perbrevis demonſtratio, quam tamen, ut hic tuear, nemo ex me poſtulet

(a) Praelectiones has meas lubenter equidem commemoravi, quia vix Aloyſii Fratris Epiſtolam quatuor ab hinc menſibus legi, eaedem mihi declararunt, Origeniſtam eſſe, qui quaerebatur; atque idcirco de Didymo Alexandrino Coeco, qui illuſtrior Origeniſta fuit, ſtatim cogitavi, neque haſtenus quidem ea me de re poenituit.

ſtulet, cum longius vagari non debeam. Origenes ergo *Hom cit. in Num.* paullo ante allata ſuperius verba inquit: *erubeſcant illi, qui negant in homine liberum eſſe arbitrium.* Et *Lib. III.* περὶ ἀρχῶν *c.* 1. ubi de libertate arbitrii praeſertim agit, *p. m.* 452. I. *Et haec quidem*, ait, *dicta ſint adverſus eos, qui naturas bonas, vel malas; ideſt terrenas, vel ſpiritales commentitiis fabulis introducunt, ex quibus fieri dicunt, ut ſalvetur uniuſquiſque vel pereat.* Vide & *Praef.* ejuſdem Operis. Ita vero aſſertum liberum arbitrium, ut ex antea allatis apparet, nunquam tamen Origenes Divino orbatum ſuppoſuit auxilio, quo ad bene agendum juvaretur; inquit enim *cit. Lib. III. c.* 1. *pag.* 130. *edit. Maur. Non ſufficit hominis voluntas, ut finem aſſequatur; nec athelarum curſus, ut celeſtis in Chriſto Ieſu vocationis Dei premium reportent; Deo enim juvante haec perficiuntur.* οὐκ ἀρκεῖ τὸ ἀνθρώπινον θέλειν πρὸς τὸ τυχεῖν τοῦ τέλους, οὐδὲ τὸ τῶν οἱονεὶ ἀθλητῶν τρέχειν πρὸς τὸ λαβεῖν τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· Θεοῦ γὰρ συμπαριστάμενου ταῦτα ἀνύεται. Alia hujuſmodi plurima afferre adhuc poſſem, niſi ex his mentem Origenis abunde conſtare judicarem.

His breviter de Origene adnotatis, breviſſime nunc tum de Anonymo, tum de Didymo, ne duos eos eſſe ſuſpicari quis poſſit. Anonymus ergo, de quo ſermo eſt, licet Origeniſmo imbutus, ut hactenus obſervavi; Divinam tamen gratiam confeſſus eſt, ut Frater meus demonſtravit *loc. cit.* quia nimirum & ipſe Manichaeiſmum paſſim confutans, Origenis dogmata ad id nimium apta, complexus eſt; adeoque dum arbitrii libertatem extulit, Dei gratiam ſuſtuliſſe videtur. Didymus vero etiam, quem Origenem ſequutum fuiſſe, nuper oſtendi, gratiam & ipſe admiſit, ut inter cetera conſtabit ex ejus Fragmento 30, quod inferius adjiciam, & ex aliis, ſi opus eſſet, confirmari poſſet; ac praeſertim e Libro de Spiritu Sancto p. m. 298. ubi agit de Sancti Spiritus effuſione, & ubi iterum demonſtrat eum eſſe μετοχικὸν, ſive *capabilem*, ut vertit Hieronymus. Quamobrem, etſi quaedam in Origene, & Anonymo, ſeu Didymo meo, reperiantur, quae nunc Pelagiana plane eſſent; ex illorum tamen mente, a Pelagianiſmo admodum diſtabant. Pelagianis enim nondum litigantibus Antepelagiani Patres ſecurius loquebantur

tur

tur, ſicuti advertit Auguſtinus *praeſtantiſſimus gratiae Miniſter*, ut eum nominat Proſper ad Rufinum ſcribens *cap ult* Vnde plura vetuſtiorum Patrum loca ſuperſunt, quae Theologi Ca h lice exp icare debeant cum iis fuerint ſcripta temporibus, quibus Divinae gra iae hoſtes nondum Catholicos coegerant, ut accuratiſſime res hujuſmodi exponerent, & qua quemque ratione ſcribere plane oporteret, ediſſererent. Quare intelliget quiſque Tillemontium *T. X Didyme*, *Art. IV.* Didymo vindicaſſe *Commentarios in Epiſtolas Canonicas* indicio, quod nimis multos afficiat, dum inquit: *Car on y trouve tout ce qui peut faire juger qu'il eſt veritablement de Didyme* (du Pin t. 2.) *& d un Auteur peu inſtruit de la grace*. Sed jam de Anonymi, de quo loquor, Origeniſmo haec ſatis dicta ſint.

Denique validiſſimo, ut arbitror, argumento, Didymo meo aſſeram tres Libros de Trinitate nuper detectos. Oritur hoc argumenti genus e collatione locorum quorumdam, quae Didymi Alexandrini eſſe jam novimus, cum quibuſdam Anonymi teſtimoniis, quae in Aloyſii Fratris Epiſtola obſervavi. Vberrimum ſane futurum hunc locum cenſeo, cum Anonymi ejuſdem Opus vulgatum fuerit; deque hac re me mihi blandiri compellit perexiguum ejus Operis ſpecimen exhibitum a Fratre meo de hoc ne cogitante quidem. Fateor equidem me locum hujuſmodi hic prorſus excolere potuiſſe, ſi ipſum Codicem, quem nactus fuerat meus Frater, conſulere voluiſſem. At, quamvis valde a meo gurguſtio non diſtaret is Codex, quemadmodum reipſa valde diſtat; adeoque diſcurſus huc illuc perincommodus mihi futurus non fuiſſet, & diuturnus labor lucubratiunculae huic meae longiores, quam vellem, moras conſtituere non debuiſſet; & quamvis etiam me impotem non perſentiſcerem difficilimo Codici Graeco pervolutando, cui nihilominus me impotem eſſe mihi conſcius ſum: adhuc tamen nunquam commiſiſſem, ut campum ab alio detectum ne partim quidem praeoccuparem: haud lubenter enim ferrem ipſe, loculum a me praeviſum, ab alio, quamvis germano Fratre mihi praeripi. Idem igitur argumentum ex iis, quae comperta ſunt, nunc tantum urgeam: in hoc autem operae pretium me facturum arbitror, ſi Anonymum e Didymi regione conſtituam, ut rebus, non verbis res conficiatur.

DIDY-

DIDYMVS

1. Lib. de Sp. S. Opp. Hier. T.VI. p. 303. B. *Quis non ex ipſa cogetur veritate ſuſcipere indifferentiam S. Trinitatis, dum una ſit fides in Patre, & Filio, & Spiritu S. & lavacrum detur, atque firmetur in nomine Patris, & Filii, & Spiritus S.? Non arbitror, quemquam tam vecordem, atque inſanum futurum, ut perfectum baptiſma putet, quod datur in nomine* Patris, *& Filii, ſine aſſumptione Spiritus Sancti: aut rurſus in nomine Patris, & Spiritus Sancti, Filii vocabulo praetermiſſo: aut certe in nomine Filii & Spiritus Sancti, non praepoſito vocabulo Patris. Licet quis poſſit exiſtere ſaxei, ut ita dicam cordis, & penitus mentis alienae, qui ita baptizare conetur, ut unum de praeceptis nominibus praetermittat, videlicet contrarius Legiſlator Chriſti; tamen ſine perfectione baptizabit: immo penitus a peccatis liberare non poterit, quos a ſe baptizatos exiſtimaverit. Ex his colligitur, quam indiviſa ſit ſubſtantia Trinitatis, & Patrem vere Filii eſſe Patrem, & Filium vere Patris Filium; & Spiritum Sanctum ve-*

ANONYMVS

1. Lib. II. c. 12. pag. 18. Ἐσήμανεν ὡς κἂν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ πιστεύσωσιν καὶ βαπτισθῶσιν, καὶ μὴ ἴσως καὶ ὁμοίως εἰς τὴν αὐτὴν Θεότητα τοῦ Ἁγίου Πνεύματος· ἅτε μὴ ἔχοντες τὸ τέλειον, καὶ μάτην τὰς τρεῖς καταδύσεις δεξάμενοι ἐν τῷ ἐναλλάττειν μετὰ τὸ βάπτισμα τῇ δοξολογίᾳ τὴν ἰσοτιμίαν τῆς Τριάδος, καὶ παραβαίνειν τὰς ἰδίας ὁμολογίας· βασιλείας οὐρανῶν ἀξιωθῆναι οὐ δύνανται.... δίχα δὲ τοῦ ἀναγεννηθῆναι βαπτίσματι ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ, καὶ σφραγισθῆναι τῷ ἁγιασμῷ, καὶ ναὸς αὐτοῦ γενέσθαι, οὐδεὶς τῶν ἐπουρανίων ἔτυχεν ἀγαθῶν, κἂν τὸν ἄλλον βίον ἄμεμπτος εὑρέθῃ. h. e. *Significavit, quod etſi in nomen Patris, & Filii crediderint, & baptizati fuerint, niſi aequaliter, & ſimiliter in ipſam Deitatem Spiritus Sancti crediderint, & in ejus nomen baptizati fuerint; digni fieri non poſſunt regno celorum, utpote qui non habent perfectionem, & fruſtra tres immerſiones ſuſceperunt, immutando poſt baptiſmum in glorificationis hymno aequalitatem Trinitatis, & tranſgrediendo proprias confeſſiones... Nemo autem, qui non ſit regeneratus baptiſmate a Spi-*

ANONYMVS

Spiritu Dei, & obſignatus ſanctificatione, & factus templum ejus, celeſtia bona conſequi poteſt, etſi reliqua ejus vita inculpabilis inventa fuerit.

2. Initio Libri II. pag. 62. Τῷ μὲν ὁμουσίῳ τῆς Τριάδος μὴ ἀπιστοῦντες· τρόπον δὲ καὶ διαφορὰν γεννήσεως καὶ ἐκπορεύσεως οὐ ζητοῦντες· ἐπειδὴ καὶ ταῖς οὐρανίοις λειτουργικαῖς δυνάμεσιν ἄγνωστον, ἄφραστον καὶ φοβερὸν ἐνθυμηθῆναι καθέστηκε τοῦτο, καὶ τὸ πῶς ἑαυτῇ συνυφέστηκεν ἀνάρχως ἡ ἁγία Τριὰς ἔχουσα ἀεὶ ὡς αὔτως καὶ κατὰ ταῦτα (credo che debba leggerſi ταυτὰ), καὶ οἷά τε οὖσα ἐπὶ τοῦ αἰωνίου καθημένη θώκου ἐπιβλέπειν ἀβύσσους, καὶ σιωπῶσα ἀκούεσθαι, καὶ σιωπώντων ἀκούειν. i.e. *Conſubſtantialitati quidem Trinitatis fidem non denegantes; modum vero, ac diſcrimen generationis, & proceſſionis non quaerentes: id enim vel celeſtibus Dei miniſtris Poteſtatibus igno-*

DIDYMVS

vere Patris & Dei eſſe Spiritum, & inſuper Sapientiae, & Veritatis, ideſt Filii Dei. Haec eſt ſalus ergo credentium: & diſpenſatio Eccleſiaſticae diſciplinae in hac Trinitate perficitur.

2. Et ibidem circa finem Libri. *Sacrilega adverſus nos audacia proclamantes*: Si Spiritus Sanctus creatus non eſt: aut Frater eſt Dei Patris, aut Patruus eſt Vnigeniti Ieſu Chriſti, aut Filius Chriſti eſt; aut Nepos Dei Patris: aut ipſe Filius Dei eſt, & jam non erit Vnigenitus Dominus Ieſus Chriſtus, cum alterum Fratrem habeat. *Miſeri atque miſerabiles! non ſentientes de incorporeis, & inviſibilibus juxta corporalium, & viſibilium diſputari non licere naturam. Fratrem eſſe non Patruum, Nepotem, vel Filium, corporum nomina ſunt, & imbecillitatis humanae vocabula. Trinitas vero omnes has praetergreditur nuncupationes. Et quotieſcum-*

1. Quod ait Didymus hoc primo collationis numero, Spiritum Sanctum Sapientiae quoque & Veritatis, ideſt Filii Dei eſſe Spiritum, paullo infra examini ſubjicietur. At in ceteris, Anonymi & Didymi maximam ſane vides ſimilitudinem. Aſſerit uterque neceſſitatem baptiſmatis collati in expreſſo nomine trium Divinarum Perſonarum: & inſinuat uterque ritum baptizandi trina immerſione; Anonymus quidem perſpicue; Didymus vero per *diſpenſationem Eccleſiaſticae diſciplinae, quae in Trinitate perficitur*; id enim his verbis plane ſignificari mihi videtur.

cumque in aliqua de his cadit, nominibus noſtris & incongruis vocabulis, non ſua natura loquitur. Cum igitur S. Scriptura amplius de Trinitate non dicat, niſi Deum Patrem eſſe Salvatoris; & Filium generatum eſſe a Patre; hoc tantummodo debemus ſentire, quod ſcriptum eſt. Et oſtenſo, quod Spiritus Sanctus increatus ſit: conſequenter intelligere, quod cujus non eſt creata ſubſtantia, recte Patri Filioque ſocietur.

3. Ibid. pag. 294. G. *Nemo ſuſpicetur alium Spiritum Sanctum fuiſſe in Sanctis Viris ante adventum Domini, & alium in Apoſtolis, ceteriſque diſcipulis, & quaſi nomina in differentibus eſſe ſubſtantiis* .... p. 295. A. *Manifeſtum eſt, non a corporalibus tantum; ſed & ab incorporalibus creaturis extraneum eſſe Spiritum Sanctum; quia ceterae ſubſtantiae hanc ſubſtantiam ſanctificationis accipiunt: Iſte vero non tantum non eſt capax ſanctificatio-*

ignotum eſt, ineffabile, atque ad cogitandum formidabile; nec inveſtigantes quomodo in ſeipſa ſubſtiterit ab aeterno Sancta Trinitas, uno ſemper & eodem modo ſe habens, ac potens ex aeterno, ubi conſidet, ſolio abyſſos inſpicere, & tacens audiri, & tacentes audire.

3. Lib. II. cap. 4. pag. 30. Τὸ δὲ ὑπερπαμφαὲς Ἅγιον Πνεῦμα .... οὐδὲν ὂν τῶν πάντων, ἀλλὰ Θεὸς ἐν οὐρανῷ τε ὢν, καὶ συνὼν ἡμῖν, αἴτιος πᾶσιν πάντων καλῶν, παρὸν μὲν τοῖς ὅλοις ἀΰλως .... οὐκ ἐξιστάμενος δὲ τοῦ συνιδρῦσθαι ἀφράστως τῷ Πατρὶ, καὶ ἐξαπλούμενος πάντῃ, καὶ χωρῶν, καὶ ἐν ἅπασιν ἀμιγῶς κατοικῶν, καὶ ταῖς ἐννοίαις ἡμῶν τι, καὶ τῶν ἡμῖν ἀοράτων ἐμβάλλων κ. τ. λ. i. e. *Spiritus autem Sanctus, qui omnia divinitus colluſtrat .... & nulla eſt*

2. Quis hic non perſpiciat cum Anonymum, tum Didymum animadvertiſſe, non poſſe nos intelligere, quid generationem Divinam inter, & Spiritus S. proceſſionem diſcriminis interſit? Idem pariter eſt, incongrua eſſe noſtra vocabula Trinitatis naturae declarandae, quotieſcumque humanum quid ſapiunt, quod docet Didymus; &, inveſtigandum non eſſe, quomodo in ſeipſa ſubſtiterit ab aeterno Sancta Trinitas, &c. quod ait Anonymus.

eſt ex omnibus rebus, ſed Deus & in celo exiſtens, & nobiſcum coexiſtens, omnia in omnibus bona efficiens, omnibus quidem praeſens immaterialiter .... non ceſſans vero manere ineffabiliter cum Patre, & ubique diffuſus & penetrans, & in omnibus ſine permixtione inhabitans, & in cogitationes cum noſtras, tum eorum, qui nobis ſunt inviſibiles, ſe inſinuans, &c.

Et Lib. II. c. 5. pag. 64. Οὐ δυνάται οὖν τὸ ἓν Ἅγιον Πνεῦμα οὔτε τῷ ἑνὶ Πατρὶ, ἢ τῷ ἑνὶ Υἱῷ εἶναι ἀνόμοιον· οὔτε τῷ πλήθει τῶν πνευμάτων ὅμοιον. h. e. *Non poteſt ergo unus Spiritus Sanctus neque uni Patri, vel uni Filio eſſe diſſimilis, neque multitudini Spirituum ſimilis.*

Pag. etiam 118. Ὅτι ἄλλῳ μὲν τῶν Ἀποστόλων διάγοντι ἐν Ἰνδίᾳ· ἑτέρῳ δ' ἐν Σπανίᾳ· ἄλλῳ δ' ἐν ἄλλῳ τόπῳ ἕως τῆς ἐσχατιᾶς τῆς γῆς παρ' αὐτοῦ νενεμημένῳ τῆς ἑαυτοῦ ἀπλανοῦς καὶ ἀκιβδήλου μετεδίδου σοφίας. i. e. *Nam alteri quidem Apoſtolorum in India; alteri vero in Hiſpania degenti; aliis vero in aliis locis uſque ad extremitatem terrae ab ipſo diſtributis ſuam*

ficationis alienae, ſed inſuper attributor eſt & creator .... Ipſe Spiritus Sanctus, ſi unus de creaturis eſſet, ſaltem circumſcriptam haberet ſubſtantiam, ſicut univerſa, quae facta ſunt. Nam etſi non circumſcribantur loco & finibus inviſibiles creaturae; tamen proprietate ſubſtantiae finiuntur. Spiritus autem Sanctus, cum in pluribus ſit, non habet ſubſtantiam circumſcriptam.... Neque enim omnes Apoſtoli, ad omnes gentes pariter ſunt profecti: ſed quidam in Aſiam, quidam in Scythiam, & alii in alias diſperſi nationes, ſecundum diſpenſationem illius, quem ſecum habebant, Spiritus Sancti .... Si ergo hi in extremis finibus terrae ob teſtimonium Domini conſtituti, diſtabant inter ſe longiſſimis ſpatiis; aderat autem eis inhabitator Spiritus Sanctus, incircumſcriptam habens ſubſtantiam; demonſtratur Angelica virtus ab hoc prorſus aliena. Angelus quippe, qui aderat verbi gratia Apoſtolo in Aſia oranti, non poterat ſimul eodem tempore adeſſe aliis in ceteris partibus mundi conſtitutis. Spiritus autem Sanctus

ctus non ſolum ſejunctis a ſe hominibus praeſto eſt, ſed & ſingulis quibuſque Angelis, Principatibus, Thronis, Dominationibus inhabitator aſſiſtit.

4. Ibid. p. 305. A. *Mittente autem Filio Spiritum Veritatis, quem Conſolatorem vocavit, ſimul mittit & Pater. Neque enim Pater mittente Filio non mittit, cum eadem voluntate Patris & Filii Spiritus veniat; Salvatore quoque per Prophetam loquente....* Et Dominus miſit me, & Spiritus ejus. *Siquidem non ſolum Filium, ſed & Spiritum mittit Deus.* Et p. 307. A. *Quia ergo Spiritus Sanctus in Nomine Filii mittitur a Patre, habens Filii proprietatem, ſecundum quod Deus eſt, non tamen Filietatem, ut Filius ejus ſit, oſtendit quia unice ſit junctus ad Filium: Vnde & Filii dictus eſt Spiritus.* Et pag. 309. A. *Quo-*

ſuam infallibilem, & incontaminatam impertiebatur ſapientiam.

4. Lib I. c. 26. p. 75. Πάντα οὖν εἶπεν τὰ πατρικὰ τυγχάνειν αὐτοῦ· ὥστε μηδὲν πλέον δίδοσθαι τῷ Θεῷ Πατρὶ, ἢ μόνον τὸ εἶναι Πατέρα Υἱοῦ συνανάρχου, καὶ συνυφεστῶτος· οὕτω πιστεύειν ἀναπείθει καὶ τό· πάντα τὰ ἐμὰ σά ἐστιν, καὶ τὰ σὰ ἐμά· κ. τ. λ. h. e. *Omnia ergo quae Patris ſunt, ſua dixit eſſe, ita ut nihil amplius Deo Patri det, niſi hoc ſolum, quod ſit Pater Filii coaeterni, ac ſimul cum eo ſubſiſtentis. Sic nos credere jubet etiam illud*: Omnia mea tua ſunt, & tua mea; &c.

Et Libro II. c. 5. pag. 76. Καὶ καθὰ ὁ Πατὴρ ἐν ἰδίᾳ ὑποστάσει ὢν ἐξεικονίζεται ἐν τῷ μονογενεῖ διὰ τὸ ἀπαράλλακτον τῆς Θεότητος, τοῦτ' ἔστιν

3. Teſtimonia pariter, quae huic numero tertio ſubjeci, omnino parallela eſſe noſcuntur. Vtrobique enim videas Spiritus Sancti naturam Angelicae plane eſſe diſſimilem: *Angeli* enim *omnes, ut unum nomen; ſic unam quoque naturam habent*, quemadmodum dictum eſt a Didymo apud S. Io. Damaſcenum, ut infra videbis *Fragmento* 4. At Spiritus Sanctus his omnibus praecellit naturis; eſt enim ubique diffuſus, omnibus ſimul praeſens, ne ipſis quidem Angelicis mentibus exceptis; eodemque tempore adeſt Apoſtolis alteri quidem in Aſia, alteri in Scythia, atque alteri in India, alterique in Hiſpania degenti, quae omnia ab Angelica virtute prorſus aliena eſſe demonſtrantur.

Digitized by Google

ANONYMVS

ἴσον τῆς οὐσίας· τὸν ἴσον τρόπον καὶ ὁ μονογενὴς ἐν τῷ ἑνὶ Ἁγίῳ Πνεύματι. i. e. *Et ſicut Pater in propria hypoſtaſi exiſtens repraeſentatur in Vnigenito tamquam imagine ob identitatem Deitatis, ideſt eſſentiae; ita eodem modo etiam Vnigenitus repraeſentatur in uno Spiritu Sancto tamquam in imagine.*

Et Lib. II.

DIDYMVS

Quomodo igitur ſupra de naturis incorporalibus diſputantes intelleximus; ſic & nunc Spiritum Sanctum a Filio accipere id, quod naturae ſuae fuerat, cognoſcendum eſt; & non dantem, & accipientem; ſed unam ſignificare ſubſtantiam. Siquidem & Filius eadem a Patre accipere dicitur, quibus

4. Intelligit quiſque loca hic a me collata eſſe de Proceſſione Spiritus Sancti etiam a Filio. Rem hanc quoad Anonymum ſuum ſuſe pertractavit Aloyſius Frater *C. II. p.* 60. oſtendens eum a Catholica Doctrina non receſſiſſe. Quamobrem praeclarioribus hiſce locis inde huc translatis, retractanda cetera non ſunt. Quoad Didymum vero, quem prae Anonymo diſertiorem putes, ſaltem quia minori indiget explanatione, innuit vel ipſe Spiritum Sanctum a Filio etiam procedere. Hic autem abs re non fore autumo, ſi advertam videri mihi, neutrum ex his Theologis, duos eos eſſe nunc ſupponendo, directe hanc doctrinam perſequutum eſſe; ſed dum Spiritus Sancti Divinitatem, & cum Filio conſubſtantialitatem oſtenderent, argumentum etiam duxiſſe ex Illius ab Hoc origine. Atque in eo quoque haud exiguam rationis cogitandi analogiam ſitam eſſe cenſeo. Sed illud etiam emolumenti ex hoc percipiemus, ut Photianis arma, quae ex Didymo ſumere poſſent, praeripiamus. Exploratiſſimum enim eſt, Patres Spiritus Sancti proceſſionem a Filio oſtendiſſe, etiam ex quo Filius Spiritum miſerit. At Photianus intorquere in nos poſſet, quod hic ait Dydimus: a Filio utique mitti Spiritum Sanctum; at viciſſim per Didymum Dominum miſſum eſſe a Spiritu: quare ſi ex miſſione conſtaret origo hypoſtaſeos, pugnantia loquerentur Latini, & fateri deberent, alterum originem ducere ab illo, cui ipſe ortum dediſſet. Verum inſcite omnino haec diceret Photianus. Didymi enim ſcopus eſt conſubſtantialitatem Patris Filii & Spiritus Sancti aſſerere; id quod jure demonſtrat, ex quo Spiritus mittatur a Filio ſimul & Patre; Verbum autem cum in tempore apparuit a Domino, & Spiritu miſſus fuerit. Photianus itaque longius a Didymi ſcopo inſpiceret, nobiſque obtruderet veluti de origine Divina alterius ab altero dictum, quod ad ſolam conſubſtantialitatem Didymus retulerit.

Neque vero hic Photianus regerat; nullius ergo roboris eſſe argumentum e Spiritus Sancti miſſione deſumptum. Immo enim hinc validiſſimum illud eſſe oſtendam. Etenim quia Filius Spiritum mittit, & viciſſim Spiritus Filium carnem aſſumentem, recte inde cum Didymo concluditur conſubſtantiales eos eſſe: ita oſtendemus, quorum alter ab altero originem ducat cum ſubſtantiae participatione Divinae, animadvertendo, quis horum mittatur ut Deus. At Verbum a Spiritu mittitur, non praeciſe ut Deus, ſed ut caro factum: Meſſias enim eſt, qui dicit *Iſa.* 48. 17. *Et nunc Dominus miſit me & Spiritus ejus: &* IESVM *a Nazaret unxit Deus Spiritu Sancto*, Act. 10. 38. Spiritus Sanctus vero a Filio mittitur ut Deus; igitur Spi-

DIDYMVS

bus ipſe ſubſiſtit: neque enim quid aliud eſt Filius, exceptis iis, quae ei dantur a Patre; neque alia ſubſtantia eſt Spiritus Sancti praeter id quod datur ei a Filio... Omnia quae habet Pater mea ſunt: propterea dixi de meo accipiet; *quodammodo loquens: Licet a Patre procedat Spiritus Veritatis .... tamen quia omnia, quae habet Pater mea ſunt, & ipſe Spiritus Patris meus eſt, & de meo accipiet .... Patris nomine ſe Filium declaravit; paternitatem, qui Filius erat, non uſurpavit .... conſequenter ea, quae diximus ſuperius Patris eſſe, habet & Filius; & quae Filii ſunt, habet & Spiritus Sanctus*.

5. *Enarr.*

ANONYMVS

Et Lib. II. cap. 14. pag. 77. Ταῦτα καὶ Δαυὶδ οὐ σιωπῇ παρατρέχει· συνάπτων γὰρ προφανῶς τὴν φύσιν καὶ ὁμοφροσύνην τοῦ ἐκ φωτὸς φῶς γεννηθέντος Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἀλήθεια ἐξ ἀληθείας ἐκπορευθέντος Ἁγίου Πνεύματος ψάλλει· ἐν μὲν μβ. ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου καὶ τὴν ἀλήθειάν σου· ἐν δὲ ρμζ. ἐξαποστελεῖ τὸν Λόγον αὐτοῦ, καὶ τήξει αὐτά· πνεύσει τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ ῥυήσεται ὕδατα. h. e. *Haec ne David quidem ſilentio praeterit. Conjungens enim manifeſto naturam & concordiam Filii, qui Lux ex Luce genitus eſt, & Spiritus Sancti, qui Veritas ex Veritate proceſſit, pſallit in* 42. *quidem*: Emitte Lucem tuam, & Veritatem tuam. *In* 147. *autem*: Emittet Verbum ſuum, & liquefaciet ea; flabit Spiritus ejus, & fluent aquae.

5. Lib. III.

Spiritus eſt, qui procedit a Filio, atque hic in illo ἐνεικονίζεται quemadmodum loquitur Anonymus *ob eſſentiae identitatem*; non viciſsim.

Tertium vero Anonymi locum, quem hic attuli, cum in editione Epiſtolae Aloyſii Fratris perturbatum viderem, Cl. Vir Auguſtinus Antonius Georgius tum ob alia plurima, tum ob inſigne Alphabeti Tibetani Opus, paucis ab hinc menſibus evulgatum percelebris, a me rogatus cum Codice humaniſſime illum contulit, eamque ego collationem inſpiciens typographi errorem emendavi; ſtatim enim intellexi, hominem proeli typos atramento oblinientem typum unum e proelo extraxiſſe, eumque licenter reſtituendo graecarum linearum 2.3.& 4. extremitates vitiaſſe. Ex quo rurſum illud ſcite conſtitutum eſſe experimur, quod eſt in vetere proverbio: *Sutor, ne ultra crepidam*.

Digitized by Google

ANONYMVS

5. Lib. III. c. 21. pag. 32. Οὐδὲ εὔχεται οὖν ὁ μέγας καὶ ἀληθινὸς Θεὸς, τὸ ἀπαύγασμα τῆς δόξης τοῦ Πατρὸς, ὁ ζῶν τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ πάντων κηδεμὼν, ὡς ἥσσων τῇ Θεότητι .... ἀλλ' εὔχεται διὰ τὸ καθ' ἡμᾶς ἈΣΥΓΧΥ'ΤΩΣ, καὶ δίχα πταίσματος γεγονέναι. h. e. *Nec ergo orat magnus & verus Deus, ſplendor gloriae Patris, vivens Dei Verbum, & omnium curam habens, tanquam minor ſecundum Deitatem .... Sed orat, quia nobis ſimilis factus eſt* INCONFVSE *& ſine delicto.*

Et c. 6. p. 34. Οὐκ ἄλλον μὲν πιστεύοντες εἶναι τὸν ἐκ Πατρὸς Υἱὸν, καὶ ἄλλον τὸν γενόμενον σάρκα καὶ σταυρωθέντα· ἐπεὶ μήποτε διαζεύγνυσθαι ἑαυτῆς μὴ δὲ τρέπεσθαι πέφυκεν ἡ Θεότης. h. e. *Non alium vero credentes eſſe Filium a Patre, & alium, qui caro factus eſt, & crucifixus fuit: quoniam nunquam disjungi a ſeipſa, neque mutari poteſt Deitas.*

DIDYMVS

5. Enarr. in 1. Io. Bibl. PP. T. 4. p. 333. *Quia vero confunduntur aliqui ex nominibus* IESV CHRISTI *non perſcrutantes Scripturas ita, ut in maximum incidant detrimentnm; arbitrati namque ſunt, non diſtinguentes Scripturarum ſenſum, quia quod ex Maria ſecundum carnem proceſſit, & Angeli voce* IESVS *nomen accepit; item, quod ipſe eſt,* qui cum in forma Dei eſſet *Vnigenitus Dei Filius,* non rapinam arbitratus eſt &c. *idem eſſe; ideo dicendum eſt, quia licet praecipua unitas facta ſit Dei Verbi ad hominem, quem aſſumſit, verumtamen eſſentia Verbi non eſt in hominem converſa. Nec rurſus homo factus eſt, quod eſt Dei Verbum, licet Deus ſit, factus ab eo, ut habeat, ſicuti poſſibile eſt perfectam intranſcendibilem Deitatem. Quapropter licet unitas ita ſit facta; tamen praedicta nomina, aliquando quidem eum, qui factus eſt ex ſemine David ſecundum carnem: aliquando vero Vnigenitum Dei Filium, qui eſt ſubſtantialiter repraeſentatus, ſicut exempla propoſita patefaciunt.*

6. Lib. III. | 6. In Io.

5. Sicut ex Anonymi ſui locis hic a me allatis collegit Frater meus, eumdem & unicam in Chriſto Perſonam agnoviſſe, & diſtinctionem humanae Divinaeque naturae, licet ante Neſtorium ſcripſiſſe dicendum ſit; ita idem dictum vides a Didymo in appoſitis ejuſdem teſtimoniis.

Digitized by Google

DIDYMVS

6. In Io. c. XVII. ℣. 15. ex Corderii Catena. Ἡ προκόσμιος τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ δόξα, τί ἂν εἴη ἕτερον ἢ αὐτὸς Λόγος, αὐτὸς φῶς ἀληθινόν; h. e. *Antemundialis Filii Dei claritas, quid aliud fuerit, quam ipſe Deus Verbum, ipſum lumen verum?*

7. Ibidem in Ioan. cap. IV. ℣. 24. p. 131. Ἐπεὶ ἀόρατος ὁ Θεὸς, ἀκολουθεῖ δὲ εὐθέως τῷ ἀοράτῳ τὸ ἀσώματον· ἀσώματος ἄρα ὁ Θεὸς ὢν, ἀόρατός ἐστιν, εἰ δὲ τοῦτο λεγόμενος πνεῦμα, οὐ κεκινημένος ἀέρι. Οὐ γὰρ ὅτι παρ' ἀνθρώποις τοῦ Θεοῦ τοῦτο σημαίνεσθαι· ὥσπερ τοίνυν φῶς λεγόμενος, ἐπεὶ μὴ ὄψιν, ἀλλὰ νόησιν φωτίζει, οὐ σῶμα, ἀλλὰ νοερόν ἐστι φῶς. h. e. *Cum Deus ſit inaſpectabilis, rem autem inaſpectabilem corporis expertem eſſe conſequens ſit; utique Deus, utpote incorporeus, inaſpectabilis eſt. Etſi autem dictus ſit* Spi-

ANONYMVS

6. Lib III. c. 3. p. 28. Ἐτέχθη γὰρ ἐκ μὲν τῆς ὑποστάσεως τοῦ Πατρὸς ἀνάρχως, ἀφράστως· ἐκ δὲ τῆς ἀμιάντου Παρθένου ... ὅτε ἐξέφανεν ἐξ ὕψους. h. e. *Genitus enim fuit ex hypoſtaſi quidem Patris ab aeterno, ineffabiliter; ex intemerata autem Virgine ... quando apparuit ex alto.*

7. Lib. I. c. 27. p. 54. Καὶ ἵνα πιστικώτερος ὁ λόγος φανῇ ὀφθῆναι αὐτὸν ἀξιοῖ καὶ Ἀγγέλοις, οἷς τισι διὰ τὴν θείαν αὐτοῦ ἀπειρίαν καὶ ἀνειδεότητα ἀόρατος ἦν πρὸ ἐκείνου τοῦ χρόνου ὁμοίως τῷ μόνῳ ἀοράτῳ Θεῷ. h. e. *Et ut magis fide dignus appareat ſermo, ipſum viſum eſſe vult etiam ab Angelis, quibus ob Divinam ejus immenſitatem, formaeque carentiam, ante illud tempus inviſibilis erat.*

Et Lib. III. c. 6. §. 16. p. 59. Ἡ κτίσις οὐχ ὁρᾷ τὸν Θεὸν καὶ πατέρα οὕτως ὡς ἔστιν· ἑτέρα γὰρ φύσει τοῦτο ἀχώρητον καὶ ἀβάστακτον ὑπάρχει,

K καὶ

6. Aloyſius Frater hoc producto loco aliiſque *pag.* 28. obſervavit, Anonymum ſuum maxime alienum eſſe ab illa blaſphemia, juxta quam Divinum Verbum genitum non fuiſſet, niſi cum factus eſt Deo Filius ex ſemine David; is enim docuit Divinae generationis nullum eſſe initium. At eamdem aeternam Divini Verbi generationem a Didymo aſſertam fuiſſe comperimus, tum e loco, quem hic habes; tum ex praecedenti, ubi dicit Chriſtum „ cum in forma Dei eſſet „ *Vnigenitum Dei Filium .... qui eſt ſubſtantialiter repraeſentatus*.

7. Plura attulit Aloyſius Frater *Cap. II. p* 54. ut Anonymi ſui ſenſum aperiret, & ediſſereret, qui ab Anonymo Deus dictus ſit inviſibilis. At Didymus hic ei appoſitus; ſicuti ſeipſum Auctorem oſtendit: ita quo ſenſu ea ſcripſerit, quae ex Anonymo ſuo protulit Frater meus, luculenter declarat, monſtratque, cur extrema adjecerit verba ὁ ἀμυγδαλῆς ἢ ἀνάδυος Θεῷ.

καὶ πρός αὐτὴν ἐστιν τό· οὐδεὶς ὄψεταί μου τὸ πρόσωπον καὶ ζήσεται· αἱ δὲ γραφαὶ λέγουσιν ποτὲ μὲν τὸν Υἱὸν μόνον· ποτὲ δὲ τὸ ἅγιον Πνεῦμα ὁρᾷν ἢ εἰδέναι τὸν Θεὸν πατέρα... οὐ γέγραπται οὖν φησιν Ματθαίῳ ἀπὸ τοῦ σωτῆρος. ὁρᾶτε μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων· λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι οἱ ἄγγελοι αὐτῶν ἐν οὐρανοῖς διὰ παντὸς βλέπουσιν τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς; ναί· ἀλλὰ βλέπουσιν οὐχ ὅσος καὶ οἷός ἐστιν ὁ Θεὸς· ἀλλὰ καθ' ὅσον αὐτοὶ χωροῦσιν· ὁ δὲ μονογενὴς καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα διὰ τὸ ταυτὸν τῆς θεότητος ὁρῶσιν οὕτως ὡς ἐστιν ὁ ἀμεγέθης καὶ ἀνείδεος Θεός. h. e. *Creatura non videt Deum & Patrem ita uti eſt: ab altera enim natura hoc capi non poteſt, nec ſuſtineri: & ita intelligendum eſt illud*: Nemo videbit faciem meam & vivet. *Scripturae autem dicunt interdum quidem Filium ſolum, interdum vero Spiritum Sanctum ſolum videre, aut noſſe Deum Patrem .... Nonne ergo, inquiunt, ſcriptum eſt a Matthaeo ex perſona Salvatoris*: Videte ne contemnatis unum ex his puſillis: dico enim vobis, quod Angeli eorum in caelis ſemper vident faciem Patris mei, qui in caelis eſt? *Vtique. At vident, non quantus, & qualis eſt Deus, ſed quantum ipſi capaces ſunt. Vnigenitus autem, & Spiritus Sanctus ob identitatem Deitatis vident ita uti eſt carens quantitate, & forma Deus.*

Spiritus, *non tamen ab aere movetur. Nam quod ſpiritus hominibus quoque corpus ſignificet, non idcirco ut de Deo eodem ſenſu accipi debet. Quemadmodum igitur, cum* Lux *vocatur, eo quod non viſum ſed intellectum illuminet, non corpus aliquod, ſed ſpiritalis lux intelligitur.*

Et Enarr. in 1. Io. 4. loc. cit. p. 332. Deum nemo vidit unquam. *Cum inviſibilis ſit Deus nullus eum ſenſibiliter vidit unquam, quando non poteſt videre aſpectus corporalis incorporalia ... Ne vero* (p. 333. C.) *hujuſmodi ſeductione fallamur ſicut haeretici, per id, quod univocum eſt, dividendus eſt ſermo videndi, & inſpiciendi, & quaedam alia, quae ſimilia verba reperiuntur, in id, quod mente conſpicitur, & quod aſpectu videtur. Sic enim diſciplinam habemus, ſcientes quomodo videtur Deus, & quomodo inviſibilis eſt.*

Com-

Compoſuimus hactenus ſplendidiora Anonymi Didymique loca: nunc autem non omittam Didymum etiam *Lib. de Sp. S. pag.* 305. *A.* attuliſſe locum e Libro Sapientiae: & *pag.* 317. Suſannae hiſtoriam attigiſſe, ut, quoniam de Anonymo ſuo obſervavit Frater meus *pag.* 12. & 13. eorumdem Librorum auctoritatem ipſum agnoviſſe, dum iis tanquam Divinis uſus eſt, videat quiſque minimas etiam lineas convergentes eſſe. Comperiemus etiam, ſi quae ex Didymo ſuperſunt, obſervemus, eum alienum non eſſe ab Anonymi conſuetudine, quam adnotavit Aloyſius Frater *pag.* 110. afferendi ſcilicet Scripturarum ſenſum, non ſecus ac ſi verba ipſa afferrentur.

Ex his itaque omnibus ita compoſitis validiſſimum extare arbitror argumentum, quo Libros de Trinitate nuper detectos Didymo meo aſſeram. Quamquam enim, ſi ſolitarium foret hoc argumentum, moroſiores Critici ſuſpicari fortaſſe poſſent Auctorem alterum ab altero exſcriptum eſſe; nec ſibi facile perſuaderent, aut novum non accidere, ut Didymus ſeipſum exſcripſiſſe fere videatur; aut fieri vix poſſe, ut ſibi tam ſimiles adſint duae imagines, quin ambae eamdem faciem commonſtrent: attamen cum tam multa attulerim Didymum declarantia; propterea ex horum textuum, quae hic tandem contuli, ſimilitudine, agnoſcendum plane cenſeo Didymum Auctorem ejus Operis, de quo hactenus verba feci: *ὥσπερ οἱ τοὺς τῶν φίλων παῖδας ἐκ τῆς ἐπιφαινομένης αὐτοῖς ὁμοιότητος πρὸς τοὺς τεκόντας ἐπιγινώσκουσι*, quemadmodum legimus Gregorio Theologo ſcripſiſſe Baſilium in Epiſtola de vita in ſolitudine agenda.

Supereſſet adhuc argumentum, quod licet nullius eſſe momenti contingere poſſit, ut dignoſcamus; quia tamen hoc uno detegi poteſt, ſint ne revera Didymo aſſerendi Libri de Trinitate, quos diſquiſitioni ſubjecimus, idem idcirco attingendum duco. Inquit ergo Didymus *L. de Sp. S. p. m.* 295. D. *De Spiritu quoque Sancto retractemus: & ſi quidem ipſe quoque participatione alterius ſanctimoniae Sanctus eſt, connumeretur ceteris creaturis: ſi vero ſanctos facit capaces ſui, cum Patre ponatur & Filio. Quod autem ab aliis capiatur Spiritus Sanctus, & non alia capiat, & nunc & in* SECTARUM VOLUMINE *prout*

K 2 *potui-*

potuimus, expreſſimus. Et in fine pag. 302. *Sicut ergo ſolus Sapiens Deus non accipiens aliunde Sapientiam .... ſic & Spiritus Sanctus non accipiens aliunde Sapientiam dictus eſt Spiritus Sapientiae; hoc enim ipſum quod ſubſiſtit, Spiritus Sapientiae eſt, & Natura ejus nihil eſt aliud, niſi Spiritus Veritatis, & Spiritus Dei: de quibus jam abundanter in* SECTARVM VOLVMINE *diſputavimus*. Hic porro oritur mihi ſuſpicio, Didymi Opus, quod Socrates *ſup. Num. XXVII.* tres Libros de Trinitate nominavit, ab ipſo Didymo Auctore inſcriptum fuiſſe SECTARVM VOLVMEN. In hanc equidem ſuſpicionem adductus fui, tum quia Anonymi loca, quae nuper cum Didymo contuli *num.* 4. hoc mihi videantur oſtendere Spiritus Sancti naturam nihil aliud eſſe, quam Spiritus Veritatis, & Spiritus Dei; immo & Libro II. cap. 2. ut cognoſci poteſt ex Fratris mei Epiſtola *pag.* 70. rem eamdem fuſe pertractat is Auctor; tum deinde quod Anonymus idem facile differere poſſit de Spiritu Sancto veluti Sanctitatis fonte; tum demum etiam, quod Aloyſius Frater, cujus verba retuli *pag.*45. *n.*2, obſervarit, Anonymum ſuum omnes ferme haereſes Macedoniana vetuſtiores attigiſſe; ex quo titulum VOLVMINIS SECTARVM exurgere facile potuiſſe intelligimus. Itaque edito demum Anonymi Opere, quodnam hiſce momentum ineſſe debeat, comperiemus.

Rurſum inquit Didymus *ibid. p.* 307. „ Spiritus Sanctus ſuper-„ veniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. „ *Creatrix igitur virtus Altiſſimi Spiritu Sancto ſuperveniente in Mariam Chriſti corpus fabricavit .... Ex quibus oſtenditur eſſe Spiritum Sanctum Creatorem: ut jam in* DOGMATVM VOLVMINE *breviter oſtendimus*. Ex his Fabricius *Bibl. Gr. Vol. VIII. p.* 355. concluſit unam eamdemque rem eſſe & *Sectarum*, & *Dogmatum Volumen*. Vtinam vero utrumque commoſtraret Didymi Opus, quod quaero; tunc enim quam multa clareſcerent, quae *pag.*51. conjiciendo magis quam aſſerendo propoſui! Nullus quidem, ut cenſeo, exiget, oſtendi ab Anonymo Spiritum Sanctum eſſe Creatorem, quod obumbrans Mariae Virgini Chriſti Corpus fabricarit; ſufficere enim debere exiſtimo, ſi creandi vim Spiritui Sancto tribuat: verum ſi attingeret etiam Spiritum Sanctum in Mariam ſuper-

ſupervenientem, rem plane confectam putarem; tumque tandem noſceremus, id Opus ab Hieronymo diſerte commemoratum, dum *ſup. Num. VI.* Didymum *& de Dogmatibus* ſcripſiſſe admonuit: ac facilius multo conjiceremus, Anonymum ſeu Didymum *Lib. II. c. 8. p.* 238. Lucium perſtringere; ac propterea Hieronymum eundem *ſup. Num. XXIV.* ad annum Ch. 376. adnotaſſe Didymum plura *de noſtro Dogmate* commentatum eſſe: atque ob id etiam Proſperum Aquitanum, *Caniſ. Baſnag. T. I. pag.* 293. eadem verba ex Hieronymi Chronico in ſuum tranſtuliſſe, & ſubjeciſſe *Gratiano & Probo*; *Modeſto & Alintheo Conſulibus*, annis ſcilicet Ch. 371. & 372, cum nimirum Lucius ſedem Alexandrinam invaſit. Immo illud etiam compertum fieret, Didymum prius Sectarum edidiſſe volumen, quam Librum de Spiritu Sancto; nec amplius propterea miraremur, quod hic diſertior, quam ibi appareat. Sed ὡς ἀργαλέον πρᾶγμ' ἐστὶν e loco nondum omni ſua luce perfuſo Coecum hunc intueri!

At inquiet jam tandem aliquis, me hactenus quidem pluribus haud fortaſſe ſpernendis conatum eſſe, ut Didymo Alexandrino Coeco tres Libros de Trinitate nuper detectos aſſererem; verum illuſtrius indicium, quo Anonymus ille agnoſcendus erat, nondum attigiſſe. Siquidem Ioannes Aloyſius Mingarellius in ſua Epiſtola *pag.* 140. *&* 141. plura Anonymi ſui collegit loca, ex quibus omnino inferendum duxit, ejus Operis Auctorem filios κατὰ σάρκα progenuiſſe: me autem contra, inquiet, Didymum Alexandrinum Coecum exquiſitis argumentis non modo Monachum feciſſe; verum etiam caelibem.

Aſt nunquam equidem meam in mentem venit, ut quidpiam praetermitterem, quippe qui hunc laborem ſuſceperim, non ut ingenii mei in re, quae veroſimilis non eſſet, periculum facerem, ſed ut rei veritas detegeretur: ac propterea indicium ex Anonymi Filiis petitum eum in locum duxeram rejiciendum, qui veritati inveſtigandae opportunior mihi viſus eſſet. Neque vero me piget, quod Didymum aut Monachum, aut caelibem fecerim: ſed immo dico, atque edico ipſum reveta Monachum fuiſſe; quemque *Animadverſione Prima* diſſerendo Monachum fuiſſe concluſi, nunc *Monachum* oſtendam; poſtea ſiquidem reperi: *An-*

no

Digitized by Google

no XXXIX. Imperii ſui Iuſtinianus Eutychium CPolit. Epiſcopum, damnatorem Trium Capitulorum, & Euagrii Eremitae Diaconi, & Didymi Monachi & Confeſſoris Alexandrini, quorum laudes ſupra illuſtrium Virorum ex auctoritate retulimus, exilio dirigit. Scripſit haec Victor Tununenſis in Chronici parte ſuperſtite *Caniſ. Baſnag. T. I. p.* 333. Ejus vero maxima ſane eſſe debet auctoritas: licet enim ipſe annos plus minus CLX. poſt Didymi obitum, ob defenſionem Trium Capitulorum exul fuerit Alexandriae; ibi tamen, quae Didymum Coecum ſpectabant, optime noſſe potuit, litteriſque mandare. Vtinam ergo reliqua etiam Chronici ejuſdem ſupereſſent, in quibus Victor idem Didymi *laudes illuſtrium Virorum ex auctoritate* perſequutus eſt; fortaſſe enim plura hac una in re, nedum in aliis innumeris, adhuc obſcura clareſcerent. Interim igitur hoc certum eſto, Didymum Coecum Alexandrinum, Monachum fuiſſe; ac propterea ſuſpicari jam amplius neminem debere, quemadmodum ab aliis factum eſt antea, *apud Baſnag. cit. Animadv. in Did. num. X.* initio Libri de Spiritu S. ab Hieronymo addita fuiſſe haec verba, qui ea retulerit ad verſionem ſuam, ſcilicet: *compulſi ſumus creberrimae exhortationi Fratrum cedere; quaeque ſit noſtra de eo* (Spiritu S.) *opinio, etiam Scripturarum teſtimoniis comprobare*. Iam enim intelligemus, eadem a Didymo revera ſcripta fuiſſe, quippe qui Monachus eſſet, & Fratres hortatores habuerit, ut aliquid de Sp. S. contra ejus hoſtes elucubraret. Intelligemus quoque hujuſmodi Monachos comprehendere voluiſſe Palladium, dum Lauſo ſcripſit: *Incipiens itaque tibi narrare vitam SS. Patrum, neque eos, qui ſunt in Vrbibus, vel Vicis .... praetermittam oratione: adjiciens eos etiam, qui ſunt in coenobiis.* Ἀρξάμενος τοίνυν ἐγώ σοι τῆς ἐξηγήσεως τοῦ βίου τῶν ἁγίων πατέρων, ὅτι τοῖς ἐν ταῖς πόλεσιν, ἢ κώμαις .... καταλείψω τῷ λόγῳ, προσθεὶς καὶ τῶν ἐν τοῖς κοινοβίοις. Sed num ergo quia Didymus in Coenobio Alexandrino Monachus fuit, tres idcirco Libri de Trinitate, in quos feliciter incidit Aloyſius Frater, eidem Didymo abjudicandi, quod ejuſdem Operis Auctor, ſe filios habuiſſe, innuere videatur? Iſtud quidem nunquam ego dederim; ſed magis cujuſmodi rem hanc eſſe cenſeam, paucis expono. Ne autem me vel ſyllabam praeteriiſſe quiſpiam

piam ſuſpicari queat, integrum Aloyſii Fratris locum exſcribam. Atque iſtud quidem ob id etiam lubenter facio, ut hac in re quilibet ſententiam ferat ex iis, de quibus perſuaſus fuerit.

Inquit ergo Aloyſius Frater *pag.* 139. *Il ſecondo contraſſegno è, ch'egli avea figliuoli, e queſti ſecondo la carne: imperciocchè non sò perſuadermi, che poſſano intenderſi ne' ſeguenti teſti i figliuoli ſecondo lo ſpirito, o generati, come parla S. Cirillo di Geruſalemme,* διὰ κατηχήσεως. *Uno di queſti teſti è ſtato già di ſopra da me recato, e leggeſi nel lib. 2. cap. 7. paragr. 8.* κέρδος γὰρ μέγιστον καὶ αἰώνιον ἐμαυτοῦ, καὶ τῶν ἐξ ἐμοῦ, καὶ τῶν σὺν ἡμῖν ἡγοῦμαι καλῶς τὸ πάντα πόνον, εἰ δεήσοι καὶ κίνδυνον ἑλέσθαι ὑπὲρ τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς.... ἱκετεύσατε ἰδικῶς ὑπὲρ ἐμοῦ, καὶ τῶν ἐξ ἐμοῦ, καὶ σὺν ἐμοὶ καὶ πάντων.... καταξιωθῆναι ἡμᾶς παντεκνεὶ πανοικεὶ παγγενεὶ καὶ παμφιλεί· φίλοι δὲ ἡμῖν οἱ ὀρθόδοξοι· σὺν ἡμῖν τε καὶ πᾶσι τοῖς ἁγίοις ἁγιοτελεστολογῆσαι αὐτὴν ἐν οὐρανοῖς κ. τ. λ. Cioè: „ Nam lucrum maximum & aeternum puto mei ipſius, & eorum, qui ex me (orti ſunt), eorumque qui nobiſcum ſunt, omnem laborem ſtrenue, ac periculum, ſi opus fuerit, ſubire pro eo, qui nos fecit.... Supplicate peculiariter pro me, & pro iis qui (orti ſunt) ex me, ac pro iis qui mecum ſunt, & pro omnibus.... ut.... nos cum omnibus filiis, cum tota domo, cum tota familia, & cum omnibus amicis (amici vero nobis ſunt Orthodoxi) mereamur vobiſcum una, & cum omnibus Sanctis eam laudare, ter *Sanctus* canendo, in caelis &c. „ *E nel cap. 27. dello ſteſſo Libro:* λίτομαι ὑπέρ τε ἐμαυτοῦ, καὶ τῶν ἐξ ἐμοῦ, καὶ τῶν ἀπ' αὐτῶν ὄντων τε καὶ ἐσομένων· ἔτι μὴν καὶ ὑπὲρ πάντων πειθόμενος τῷ παρακελευσαμένῳ σωτῆρι χριστῷ ὑπὲρ ἀλλήλων. Cioè: „ Supplico pro me ipſo, & pro iis, qui (nati ſunt) ex me, & pro iis, qui (nati) ſunt, & *naſcentur* ab illis, imo etiam pro omnibus, obediens Salvatori Chriſto, qui juſſit nos orare alterum pro altero. „ *Finalmente nel capitolo 1. del Libro 3.* Τῷ δὲ Θεῷ αὖθις τὸ πᾶν θαῤῥήσας τῷ τὰ κύματα παύοντι καὶ εὔδιον πλοῦν διδόντι.... πρόσειμι ἐπὶ τὰ ἑξῆς· πιστεύων ὡς πρινὴ λαλήσω σὺν τοῖς παιδίοις οἷς ἔδωκέν μοι, καὶ τοῖς παιδίοις τῶν παιδίων, δι' ἃ καὶ ζῶντες πονοῦμεν· ἔτι δὲ καὶ πᾶσιν οἷς οἶδεν, τὴν χάριν δέξομαι. Cioe: „ Deo autem rurſus in omnibus confi-

„ ſus

„ ſus, qui fluctus compeſcit, & proſperam navigationem dat . . . . pro-
„ gredior ad ſequentia, credens, quod, priuſquam loquar, una cum
„ filiis, quos dedit mihi, & filiis filiorum, propter quos etiam viven-
„ tes laboramus, ac propterea cum omnibus, quos ille novit, gratiam
„ accepturus ſim. „

Ob haec fatetur Aloyſius Frater, ſe ſibi perſuadere non poſſe, ejuſmodi loca de Filiis διὰ κατηχήσεως ſcripta fuiſſe. Sed longe aliter quidem perſuaſum eſt mihi. Iſtae enim omnino ſunt dicendi rationes, quibus Anonymus ille utitur, ad filios ſuos indicandos: τῶν ἐξ ἐμοῦ, *eorum, qui ex me*. Et: πανσκηνεὶ, πανοικεὶ, πανγενεὶ, *omnibus filiis, tota domo, tota familia*. Rurſum: τῶν ἐξ ἐμοῦ, καὶ τῶν ἀπ' αὐτῶν ὄντων τε, καὶ ἐσομένων, *iis, qui ex me; & iis, qui ab his ſunt quidem, & erunt*. Denique: σὺν τοῖς παιδίοις, οἷς ἔδωκέν μοι, καὶ τοῖς παιδίοις τῶν παιδίων· *cum filiis, quos dedit mihi, & filiis filiorum*. Sed quaenam obſecro ex his dicendi rationibus vim inferre poteſt cujuſquam intellectui, ut perſuaderi debeat, iiſdem Auctoris filios מבן רגליו (a) egreſſos plane deſignari? At, niſi me cauſſae meae fallit amor, nullam equidem reperio. Et primo quidem illa τῶν ἐξ ἐμοῦ, ſive etiam τῶν ἐξ ἐμοῦ, καὶ τῶν ἀπ' αὐτῶν ὄντων τε καὶ ἐσομένων, fatebitur, arbitror, quiſque, non magis liberis indicandis adhiberi poſſe, quam aliis quibuſcumque qualibet facultate, aut arte ab illo, qui ea dixerit ita imbutis, ut alios etiam iiſdem erudire debere videantur. Quapropter cum Didymus, qui ſe XII. jam noverat Catechiſtam Alexandrinum, plurimos ad ſeipſum acceſſiſſe videret ad ſacras diſciplinas capeſſendas, quam concinne in tanta Eccleſiae tempeſtate ab Arianis excitata Divinum implorat auxilium Angelorum interpoſita interceſſione pro ſeipſo, proque iis, qui e ſeipſo erant

(a) Haec dicendi ratio juxta ſenſum hactenus ei tributum, ut quiſque percipit, hic uſurpatur, non juxta nuperam Clariſſimi, atque Eruditiſſimi Mazzocchii interpretationem, propoſitam *Diſſert. VIII. Par. I. Sect. V.* poſt Spicilegium in Geneſim, ibique ſcientiſsime demonſtratam. Licet enim hanc lubentes complectimur, quod verſionem *e peditibus ejus* cum plauſu ab omnibus excipiendam cenſeamus, & Iacobi exponendo Vaticinio Gen. 49. 10. aptiſſimam experiamur; adhuc tamen illa phraſis eam quoque vim habere poteſt, ut ſignificet id, quod pudice dicendum eſſe quiſque intelligit.

erant, aut ab his futuri eſſent, ut immobiles in Orthodoxa Fide permanerent, & Catholicae Fidei defenſores exiſterent!

Similiter etiam παιδίον etſi *filiolum* deſignare poteſt praeter nativam *pueruli* ſignificationem; innuere tamen etiam valet, ὃν ἡ τιθὴ τρέφει, quem nutrix alit, quemadmodum Henr. Stephanus ex Ariſtophane Grammatico obſervavit: immo igitur juxta hanc notionem vocabulum hujuſmodi ſignificandis filiis διὰ κατηχήσεως aptiſſimum eſſe dignoſcimus, quippe quibus Orthodoxae doctrinae alimentum ſubminiſtretur.

Reliqua jam ſunt verba παιδσκνεῖ, πανοικεῖ, πανγενεῖ. Ac τέκνον quidem filium, quem quis genuerit reipſa indicare, dubitari nequit. Verum nil tamen Graecos Scriptores prohibuit, quin eam vocem transferrent in alios etiam, quam liberos, eoſque τὰ τέκνα compellarent, erga quos amorem ſuum teſtari vellent, quorumve benevolentiam captandam cenſerent, aliamve hujuſmodi ob cauſſam: atque ita Caeſar, ut innumera alia omittam Graecorum exempla, apud Suetonium a Bruto ad mortem pugione expetitus, ut ejus iram in manſuetudinem converteret, pro conviciis ei dixiſſe legitur: καὶ σὺ εἶ ἐκείνων, καὶ σὺ τέκνον; Cur ergo & praeceptor diſcipulòs vocare filios non queat? Sequitur πανοικεῖ. At licet ibi Didymus, qui ſibi ſanguine conjuncti eſſent, reſpexiſſet, non propterea tamen inde inferri deberet, eum liberos genuiſſe. Quod ſi vero τὸ πανοικεῖ aliquis referendum judicaret ad Coenobium, in quo Didymus, ut nuper dicebam, cum Fratribus monaſticam vitam ageret, is aliud nihil, quod meis de Didymo conjecturis faveret magis, excogitare poſſet, quam ſi ei in mentem etiam veniret, Didymum Fratribus, qui idem Coenobium incolebant, praeeſſe facile potuiſſe, cum eum tanti fecerit D. Athanaſius, ut onus ei κατηχήσεων impoſuerit. Reſtat demum τὸ πανγενεῖ, idque Frater meus de *tota familia* interpretatus eſt, ejuſque vocis notionem hanc aliis ibi praeferendam duxit, quod eam interpretationi ſuae magis cohaerere noviſſet. Sed certum eſt, τὸ γένος non modo *progeniem & familiam* ſignificare; verum etiam *nationem & gentem*: unde, ne multa afferam, Cicero illud Platonis *Ep. 3.* τὸ τῶν φιλοσοφούντων γένος vertit *Philoſophorum* modo *familiam*, modo *gentem*, ac modo *nationem*. Quamobrem cum ego alium prorſus

Digitized by Google

ſus quam Aloyſius Frater ex Anonymi verbis ſenſum expreſſerim, ſponte, arbitror, fatebitur ipſe, me haud injuria de *omni natione* interpretari τὸ παγγενεῖ. Ex his ergo facile intelligemus, orare ibi Didymum pro *omnibus diſcipulis*, pro *omnibus in eodem Coenobio degentibus*, pro *omni gente Alexandrina*, proque *omnibus amicis* ſive *Orthodoxis*. Haec ſi ita ſint, quemadmodum eſſe poſſe nemo negabit, jam difficultas ex Anonymi filiis petita prorſus evanuit.

At quia in re, quae cujuſmodi ſit, plane non conſtet, non ad eamdem omnes opinionem adhaereſcere videmus, quaeſtionem in haec duo tandem deducam. Vel quis ergo Fratris mei interpretationem ſequitur, vel meam: ſi meam, nulla jam ſupereſt difficultas. At ſi alteram amet; quoniam hactenus Didymo Alexandrino Coeco tres Libros de Trinitate nuper detectos iis argumentis, quae rem vero admodum ſimilem commonſtrare videantur, aſſerui; idcirco is idem, ſi hanc in ſententiam pedibus venire haud recuſat, nodum ſibi, prout lubuerit, ſolvat; Didymumque vel ἄγαμον judicet, ac caelibem; vel ex allatis ab Aloyſio Fratre (nullum enim unquam Didymi nuptias commemoraſſe novi) colligat tandem Didymum prius, quam Monachus eſſet liberis gignendis operam dediſſe.

Modum hic Animadverſioni huic lubens imponerem: verum quia in inveſtigatione veritatis non conquieſcimus, donec, quod certum eſt, innoteſcat, idque ſemper eventurum confidimus, ſi diligentiores fuerimus; propterea, cum D. Ioannes Damaſcenus in Sacris Parallelis plura Didymi Fragmenta nobis ſervaverit, quorum aliqua ex Opere, de quo diſſeruimus, excerpta eſſe potuerunt, hic eadem adjiciam; non utique illa praetermittens, quae ex aliis Didymi Operibus deſumpta ſunt; ut qui lucubratiunculam hanc meam legerint, ea Didymi Fragmenta reperiant, quibus moleſtiam ex praecedentium lectione perceptam levare poſſint, Didymique ingenium pauliſper inſpicere. Adjicere utique potuiſſem, & quae Didymus habet in *Catena Corderii in Ioannem*: cum enim haec ferme omnia ediſſerant D. Ioannis loca de Filio Dei; fortaſſe deprompta aliunde ſunt, quam ex ejus Commentariis in Ioannis Euangelium. Sed cum quaedam inde attulerim antea, cumque non ſtatuerim omnia hic afferre, iis contentus ero. DIDY-

DIDYMI FRAGMENTA

E Sacris D. Io. Damaſceni Parallelis.

Solius Divinitatis eſt animi cogitationem intueri.

Humana verba Dei eſſentiam enuntiare nequeunt.

Fieri non poteſt, ut qui timore Dei praeditus eſt, meticuloſus ſit, quando dictum eſt: praeter illum ne quemquem alium metuas.

Angeli omnes, ut nomen unum; ſic unam quoque omnino naturam habent.

Cum ſplendidiſſima vel magis cæleſtis Angelorum natura ſit, non una quaedam ſpecies, aut una forma in illis reperitur. Etenim durae ac renitentes naturae corporibus conveniunt.

Probi. & ſancti viri lucidos Angelos cuſtodes habent: mali autem tenebroſos.

Qui labiis duntaxat Chriſtum confitetur, operibus autem negat, is in ipſo non eſt, nec eum in ſe habet; quippe cum ille ſolus particeps ipſius eſſe poſſit, qui in eo omnia facit.

(1) Μόνης τῆς θειότητός ἐστι τὸ τὴν διάνοιαν ὁρᾶν.

(2) Ἀνθρώπιναι λέξεις Θεοῦ οὐσίαν ἑρμηνεῦσαι οὐ δύνανται.

(3) Οὐ δυνατὸν τὸν ἀληθῶς φοβούμενον τὸν Θεὸν δειλίαν ἔχειν, εἰρημένου τοῦ πλὴν αὐτὸν μὴ φοβοῦ ἄλλον.

(4) Ἄγγελοι πάντες, ὥσπερ προσηγορίαν, οὕτω καὶ φύσεως πάντες τῆς αὐτῆς τυγχάνουσι.

Φαιωτάτης οὔσης οὐσίας τῶν Ἀγγέλων, μᾶλλον δὲ οὐρανίου, οὐκ ἀποτεταγμένον ἓν εἶδος, ἡ μία μορφὴ περὶ αὐτὰ εὑρίσκεται· οὐ γὰρ σκληραὶ καὶ ἀντίτυποι φύσεις σωμάτων εἰσίν.

(5) Τοὺς μὲν ἁγίους φωταγωγοὶ φυλάττουσιν ἄγγελοι, τοὺς δὲ φαύλους, σκοτεινοί.

(6) Ὁ χείλεσι μόνον ὁμολογῶν τὸν Χριστὸν, ἀρνούμενος δὲ τοῖς ἔργοις, οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ, οὐδὲ ἔχει αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ· μόνου γὰρ πάντως μετέχει τυγχάνοντος τοῦ ἐν αὐτῷ πάντα ποιοῦντος.

Dum L 2 Τότε

(1) Ex Litterae ☉. Tit. II. pag. 301. Tom. II. editionis Lequieni *Pariſ.* 1712. (2) Ibid. Tit. III. p. 304. (3) *In Eſaiam* ibid. Tit. IV. p. 307. (4) Ibid. Tit. VI. p 308. Confer iſta cum Epiſtola Fratris mei p. 104. (5) Ibid. Tit. VII. p. 309. (6) *In Eſaiam* ibid. Tit. XII. p. 341.

(7) Τότε συγχώρησις γίνεται τῶν προεπταισμένων, ὅταν ἔργα μετανοίας μετὰ ταῦτα τελεσθῇ. εἰ γάρ τις ἔτι πράττων τὰ ψεκτικὰ καὶ κολαστέα, προσποιεῖται μετάνοιαν, οὐ τεύξεται συγχωρήσεως, ἔτι πράττων τὰ ἀπηγορευμένα.

Tum demum priora peccata condonantur, cum opera poenitentiae conſentanea poſthac efficiuntur. Nam ſi quis dum adhuc facinora vituperatione, & ſupplicio digna perpetrat, poenitentiam ſimulat, hic veniam haud quaquam conſequetur, cum ea committat, quae lege interdicta ſunt.

(8) Προσαγορεύσαντος τοῦ ἀσεβοῦς Βασιλίδους τὸν εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην, καὶ εἰπόντος, ἐπιγινώσκεις ἡμᾶς; ἀμελλητὶ ἐπιγινώσκω σε, λέγει ὁ ἅγιος, πρωτότοκόν τε Σατανᾶ.

Cum impius Baſilides Evangeliſtam Ioannem aliquando ſalutaſſet, dixiſſetque: agnoſcis nos? nulla interpoſita mora, Vir ſanctus ait: Agnoſco te primogenitum Satanae.

(9) Κίνδυνον φέρει πολλάκις τὸ δυσφήμους λόγους ἀκούειν.

Periculum ſaepe affert turpia verba audire.

(10) Ἐκ μελέτης πολλῆς καὶ ἀσκήσεως ἡ βία καὶ ἡ ἀγριότης τῶν παθῶν ἀσθενεῖ.

Ex diuturna meditatione, & exercitatione violentia & feritas perturbationum animi frangitur.

(11) Ἑνὶ νεύματι βουλήσεως ἃ θέλει συνίστησιν ἐκ μὴ ὄντων, μόνος ὢν ἀΐδιος, μόνος ὢν ἄναρχος, μόνος ἁπλοῦς οὐσίᾳ καὶ βουλήσει.

Vnico voluntatis nutu Deus, quidquid vult, ex nihilo creat: ut qui ſolus ſempiternus, ſolus principii expers, ſolus denique, tum eſſentia, tum voluntate ſimplex.

(12) Τῇ δικαιοσύνῃ ἀεὶ τὸ ἰσχύειν ἀκολουθεῖ, ὥσπερ τῇ ἀδικίᾳ τὸ ἀσθενεῖν ἕπεται.

Iuſtitiam robur perpetuo comitatur, quemadmodum injuſtitiam ſequitur imbecillitas.

Δεῖ *Hoc*

(7) *Ex Libro III. in Eſaiam* ibid. (8) *Ex Lib. VI. in Eumdem* ibid. (9) Ibid. Tit. XLVI. p. 379. (10) Ex Litt. 7. Tit. VI. p. 405, iterumque p. 643. (11) Ex Litt. 8. Tit. II. p. 425. (12) *In Oſee* ibid. Tit. XIV. p. 438, iterumque p. 778.

Digitized by Google

Hoc judex debet noſſe, Divini ſe judicii adminiſtrum eſſe, nec in ſua poſitum eſſe poteſtate, ut pro lubitu ſententiam ferat, & reo admiſſa flagitia remittat.

Iuſti quoque in multas tribulationes incidunt; verum ea flagella non ſunt, quia non propter peccata illos tolerat, qui virtuti dat operam.

Beatum ſane eſt ſuper omnem egenum & pauperem intelligere: quo quis prudenter egeno & pupillo tribuat, majore videlicet, & diligentiori cura illis proſpiciens, qui virtutis aut religionis cauſſa in paupertatem, penuriamve inciderunt, aut etiam in eos, quos morbi vel caſus aliqui in egeſtatem conjecerunt, quam in eos, qui ob flagitia, vel profuſos ſumptus egeni facti ſunt.

Solent peccata ex inconditarum turbarum multitudine, & rerum neceſſariarum abundantia naſci.

Tum demum doctor rem conficit, fidemque loquendo nanciſcitur, cum ipſe vita, & actionibus erudit, ſecundum illud: de iis, quae cepit Ieſus facere & docere.

Si

(13) Δεῖ τὸν κριτὴν εἰδέναι, ὅτι κρίσει Θεοῦ ὑπηρετεῖ, καὶ οὐ κύριός ἐστιν, ὡς βούλεται ἀγαγεῖν τὸ κρίμα, ὥστε καὶ χαρίζεσθαι τοῖς κρινομένοις τὰ πράγματα.

(14) Καὶ δίκαιοι πολλοῖς περιστατικοῖς περιπίπτουσιν, ἀλλὰ ταῦτα μάστιγες οὐκ εἰσίν· τὸ μὴ δι' ἁμαρτίας ὑπομεῖναι τὸ σπουδαῖον.

(15) Μακάριόν ἐστιν ἀληθῶς, εἰς πάντα πτωχὸν καὶ πένητα συνιέναι, ἵνα τις κατὰ σύνεσιν τὰ τῆς κοινωνίας πτωχῷ καὶ πένητι ποιήσηται, μείζονα καὶ σπουδαιότερον τὴν ἐπιμέλειαν ποιούμενος εἰς τοὺς δι' ἀρετήν, ἢ θεοσέβειαν πτωχεύσαντας ἢ πενομένους· ἄλλως εἰς τοὺς ἐκ νόσων ἢ συμπτωμάτων ἀποροῦντας, παρὰ τοὺς ἐκ κακοπραγίας ἢ ἀσωτίας πτωχεύσαντας.

(16) Φιλοῦσι τὰ ἁμαρτήματα ἐκ πλήθους ὄχλων, καὶ εὐθηνίας τῶν ἀναγκαίων τίκτεσθαι.

(17) Τότε ἀνύει διδάσκαλος, καὶ πιστεύεται λέγων, ὅταν ἀφ' ὧν πράττει παιδεύῃ, κατὰ τό, ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν.

Εἰ

(13) Ibid. Tit. XVIII. p. 444. (14) Ibid Tit. XXVIII. p. 453. (15) Ex Litt. ε. Tit. VIII. p. 481. iterumque Tit. IV. Litt. λ. p. 575. (16) *Contra Manichaeos* ibid. Tit. XII. p. 507. (17) Ibid. Tit. XVII. p. 515.

(18) Εἰ πρᾶττον ἀγνοίᾳ σφάλλεταί τις, οὐ κολαστέος, ἐκείνη κολαστέα τοῦ καθ' ἕξιν ἁμαρτάνοντος.

Si quis per ignorationem labitur, hunc aequum non eſt poena multari. Is enim ſupplicio demum affici debet, qui animi affectione peccat.

(19) Τὰ μὲν ἀκούσια ἁμαρτήματα, καὶ νόμος συγχωρεῖ, καὶ Θεὸς παρορᾷ, φιλάνθρωπος ὤν, καὶ οὐκ ἀπηνής, καὶ τὰ ἑκουσίως (quaedam hic deſunt in omnibus Codd.)

Peccata, quae non ſponte perpetrantur, cum lex ipſa condonat, tum Deus diſſimulat, ut qui benignus ſit, non crudelis; & voluntaria vindicat.

(20) Ὁ κακῶς ἕτερον διατιθέναι βουλόμενος, πρότερον ἑαυτὸν οὕτω διατίθησιν.

Qui malo aliquo alium vult multare, eodem modo ſeipſum prius multat.

(21) Νοῦς ἀκραιφνὴς, καὶ λόγος καθαρὸς, καὶ βίος ἀκηλίδωτος, θρόνος καὶ ναός ἐστιν ἀληθινὸς τοῦ Θεοῦ.

Mens pura & ſermo purus & vita a peccati labe immunis, thronus, ac templum Dei verum eſt.

(22) Ἡ τῶν ἁμαρτημάτων μετάνοια καθαρὸν ποιεῖ μετανοοῦντος τὸν νοῦν (a).

Conceptus de peccatis dolor puram poenitentis mentem reddit.

Τὴν (b) παροῦσαν ἀρετὴν ὁ Θεὸς ἀποδεχόμενος τὴν παλαιὰν ἁμαρτίαν ἀμνημονεῖ· τὸ μὴ ἀναστῆναί τινα πεσόντα, ἀλλ' ἐπιμένειν τῇ ἁμαρτίᾳ καταφρονητοῦ ἐστιν, καὶ λίαν ἄφρονος.

Deus praeſenti virtute ſuſcepta veterum peccatorum obliviſcitur. Quod, qui lapſus eſt, non reſurgat, verum in peccato haereat, hoc contemtoris hominis eſt, ac vehementer ſtolidi.

Τῶν ἀπὸ ἀσεβείας μετανοησάντων, ἡ ἀσέβεια ἄδηλος οὖσα οὐχ ἀεὶ-

Eorum qui ab impietate ad pietatem ſe converterunt, impietas,

(18) Ibid. Tit XXI. p. 520. (19) Iibid. (20) Ex Litt. α. Tit. II. p. 562. (21) Ibid. Tit. XII. p. 570. (22) Ex Litt. μ. Tit. III. p. 594. (a) Affertur iterum hic locus p. 789. Litt α, ubi ex Cod. Rupeſucald. dicitur ἐν τῷ λόγῳ εἰς τὸν Ἰώβ. (b) Ex eodem Codice hic locus eſt τὸ ἀπὸ εἰς τὸν Ἀδὰν, ἢ τὸν Δαβίδ.

tas, ut quae loci expers ſit, nuſquam invenitur. Neque enim ab initio erat, nec in ſempiternum erit.

Salutis principium eſt ſui ipſius condemnatio.

Nec laus bonum hominem facit, nec vituperatio malum.

Ille rerum artifex, cum omnium eorum, quae ratione utuntur arcana noverit, univerſis proſpicit, non ſolum ex quibus afficiuntur, & agunt; ſed etiam ex iis, quae praenoſcit, ad emendationem eos adducens.

Ei qui perturbationum moderator eſt, haud ſtatim his ſubactis tranquilla omnia ſunt. Semper enim quandiu homo vivit, hoc bellum durat.

Quamlibet ad breve tempus iraſci quiſpiam videatur; tamen ſi animi commotione victus, ſtultus eſt.

Non ulſciſcendi animo, atque ad ſanitatem animae conciliandam aſflictiones Deus immittit.

Qui mundum hunc condidit Deus, eum conſilio ſuo moderans,

omnia

ρίσκεται· οὐδὲ γὰρ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, οὐδὲ ἔσαι εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.

Ἀρχὴ σωτηρίας ἡ ἑαυτοῦ κατάγνωσις.

(23) Οὔτε ἔπαινος ἀγαθὸν ποιεῖ, οὔτε ψόγος κακόν.

(24) Πάντων λογικῶν ἐπιστάμενος τὸ κρυπτὸν ὁ δημιουργὸς, προνοεῖται τῶν ὅλων, οὐ μόνον ἐξ ὧν διάκεινται, καὶ πράττουσιν, ἀλλὰ καὶ ὧν προγινώσκει ἄγων εἰς βελτίωσιν.

(25) Ὁ τῶν παθῶν ἡνίοχος, οὐχ ἅπαξ καθυποτάξας ἐᾷ· ἀεὶ γὰρ πόλεμος αὐτοῦ ἵσταται, ἐφ' ὅσον ὁ ἄνθρωπος ἐστὶν ἐν ζωῇ.

(26) Κἂν μετ' ὀλίγου τις δόξῃ θυμοῦσθαι, ἀλλ' ὅμως πάθει νικώμενος τοῦτο ποιεῖ, ἄφρων ἐστίν.

(27) Οὐκ ἀμυνόμενος, ἀλλὰ ἰατρικῶς, καὶ πρὸς ὑγείαν ψυχῆς ἐπάγει τὰς θλίψεις ὁ Θεός.

Ὁ δημιουργήσας τὸν κόσμον Θεὸς, προνοούμενος αὐτοῦ πάντα πρὸς λυσιτε-

σιτε-

(23) Ex Litt. . Tit. IX. p. 630. (24) Ex Litt. . Tit. IV. p. 637. (25) *Ad Philoſophum*: Ibid. Tit. X. p. 643. (26) Ibid. Tit. XV. p. 654. (27) Ibid. Tit. XXXIII. p. 675.

σιτέλειαν ποιεῖ, κἂν ἤδη σκυθρωπὰ τὰ ἐπιφερόμενα τυγχάνῃ.

Εἰ καὶ πικρὰ, καὶ ἐπίπονος ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ, ἀλλά γε θεραπευτικὴ οὖσα, εἰς ἀγαθὸν τοὺς πειραθέντας αὐτῆς ἀναβιβάζει.

Ὅν τινα βούλεται σῶσαι ὁ Θεὸς, φοβήσει αὐτὸν, τινάξει αὐτὸν ποικίλως, λυπήσει αὐτὸν, ὅπως μὴ ἔχοι καιρὸν διεγείρεσθαι πρὸς ὑπερηφανίαν, καὶ τοῖς ἑτέρων πάθεσιν ἄνθρωποι διδάσκωνται σωφρονεῖν.

(28) Οὐ πᾶς ὁ κάμνων αἰτίαν ἔχει τῆς νόσου ἁμαρτίαν· εἰσὶ γὰρ ὑπὲρ τοῦ δόκιμοι ἀναφανῆναι, ἢ καὶ ἄλλως συμφερόντων κακώσεσιν ὑποβαλλόμενοι. al. κακῶν εἰσὶν ὑπολαμβανόμενοι.

(a) Ἐπεὶ συμπτώματα τὰ αὐτὰ ἁμαρτωλοῖς καὶ δικαίοις συμβαίνει, μὴ πάντας τοὺς περιστατικοῖς ὑποβαλλομένους ἡγέμεθα, καὶ παραλαβούσης πονηρίας ὑπομεμενηκέναι τὰ πονηρά.

(29) Σπάνιον ἀληθῶς ὁ ἅμα τῷ φρονίμῳ τὸ πιστὸν ἔχων.

(30) Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποις ἐστὶ τῶν κυρίως ὠφελίμων, καὶ ἀληθῶς ἐπαι-

omnia ad utilitatem noſtram facit, etiamſi alioqui triſtia moleſtaque ſint, quae inferuntur.

Etſi acerba & gravis eſt ira Dei; tamen cum medendi vim habeat eos, qui ipſam experiuntur, ad bonum provehit.

Quemcumque Deus ſalvum facere vult, hunc metu percellit; hunc variis modis concutit, moleſtiamque ei adhibet, ne in faſtum aſſurgendi ſpatium habeat, utque ex aliorum calamitatibus homines ad modeſtiam erudiantur.

Non quiſquis aegrotat, ob peccatum in morbo verſatur. Sunt enim qui, ut ipſorum probitas eluceat, aut etiam ob utilem aliam cauſſam calamitatibus obruantur.

Quandoquidem iidem caſus peccatoribus ac juſtis contingunt, non eſt exiſtimandum, omnes qui in adverſitates aliquas inciderint, ob antecedentem improbitatem ejuſmodi infortunia ſubiiſſe.

Rarum certe eſt, qui cum prudentia ſimul fidelitatem habeat.

Nihil in mortalibus proprie utile, ac vere laudabile eſt, quod non

(28) *In Matthaeum* Ibid. Tit. XXXIV. p. 677. (a) *In Eſaiam*: Ibid. (29) Ibid. Tit. XXXVII. p. 678. (30) Ex Litt. •. Tit. VIII. p. 684.

Digitized by Google

non Divinitus ipſis conceſſum fuerit.

Licet nonnunquam utilitatis cauſſa doctrinam alienam ad breve tempus attingere, atque ad propriam amplexandam ſtatim ſe referre: v.g. Grammatica mulier aliena eſt. Cum ea commercium aliquantiſper habere commodum eſt, propter lectionis artificium, & acumen: eodem modo cum Rhetorica ob ſermonis robur & ſeriem: atque item cum Philoſophia; quo fides iis adſtruatur, quae videntur repugnare. Poſteaquam autem velut ex Aegyptia Agar, ancilla Sarae, quae libera eſt, & ipſamet ſapientia, liberos ſuſceperimus, ad eam iterum, quae a juvenili aetate ſapientia eſt, ac Divino munere conceſſa, nos convertamus: ut ex ea quoque liberos procreemus: hoc eſt non jam ut ab ancilla, ſenſibiles diſciplinas, ſed ut ab ingenua & perfecta, prudentiam.

Quamvis mortalium omnium una eademque animae natura ſit, atque item una carnis ſubſtantia, tamen alii carnales dicuntur, alii ſervi peccati; alii a peccato libe-

ἐπαινετῶν, ὃ μὴ ἐκ Θεοῦ δέδοται.

(31) Ἐνεστί ποτε πρὸς ὀλίγον θιγόντα διὰ τὸ χρήσιμον ἀλλοτρίας διδασκαλίας, πάλιν τῆς ἰδίας εὐθέως ἔχεσθαι· οἷον γραμματικὴ ἀλλοτρία γυνὴ τυγχάνει. ταύτῃ πάλιν καλὸν πρὸς ὀλίγον ἐγγίσαι διὰ τὸ τεχνικὸν καὶ ὀξὺ τῆς ἀναγνώσεως. ὁμοίως ῥητορικῇ διὰ τὸ ἰσχυρὸν τοῦ λόγου καὶ τὴν ἀκολουθίαν· ἀλλὰ καὶ φιλοσοφίαν διὰ τὸ ἀναπόδεικτον τῶν φαινομένων ἐναντίων. μετὰ δὲ τοῦτο, ὡς ἀπὸ τῆς Αἰγυπτίας Ἄγαρ τεκνώσαντες, παιδίσκης οὔσης τῆς ἐλευθέρας Σάρρας, τῆς ἀρχούσης καὶ αὐτοσοφίας οὔσης, πάλιν εἰς τὴν ἐκ νεότητος ἐπαινουμένην σοφίαν, ἥ τις καὶ θεόδοτός ἐστιν, ὅπως καὶ ἐξ αὐτῆς τεκνώσωμεν, οὐκέτι ὡς ἀπὸ δούλης αἰσθητὰ μαθήματα, ἀλλ' ὡς ἐξ ἐλευθέρας καὶ τελείας φρόνησιν.

(32) Τῶν ἀνθρώπων πάντων μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐχόντων ψυχῆς φύσιν, καὶ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν τῆς σαρκὸς οὐσίαν, οἱ μὲν λέγονται σαρκικοὶ, οἱ δὲ δοῦλοι τῆς ἁμαρτίας· οἱ δὲ ἐλεύ-

M θεροι

(31) *In Eccleſiaſten*: Ibid. Tit. IX. p. 685.

(32) Ibid. Tit. XI. p. 687.

θεροι ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, οἱ δὲ ἐν σαρκὶ, οἱ δὲ οὐκ ἐν σαρκὶ, σάρκα ἔχοντες, ἀλλ᾽ ἐν πνεύματι· οἱ δὲ ζῶντες μὲν ἐν Χριστῷ, ἁμαρτάνοντες (a) δὲ τῇ ἁμαρτίᾳ· οἱ δὲ ζῶντες μὲν τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀποθανόντες δὲ τῷ Χριστῷ· καὶ πάλιν, οἱ μὲν ἀλόγων ζώων ἔχον ὀνόματα, ἢ ἡμέρων, ἢ τοὐναντίον ἀγριωτάτων, κατὰ τὴν τοῦ ἤθους αὐτῶν κατασκευήν.

liberi, alii in carne, alii non in carne (tametſi carnem habeant) ſed in ſpiritu; alii viventes quidem in Chriſto, mortui vero peccato: alii viventes quidem peccato, mortui autem Chriſto. Ac rurſum aliis brutorum animantium nomina, ſeu cicurum, ſeu contra ferorum, & agreſtium, prout videlicet moribus comparati ſunt.

(33) Τὸ εἰδέναι τινὰ, ὅτι ἀγνοεῖ τι, σοφίας ἐστὶ, ὥσπερ καὶ τὸ εἰδέναι, ὅτι ἠδίκησε, δικαιοσύνης.

Quod quiſpiam aliquid ſe ignorare ſciat, ſapientiae eſt: quemadmodum & ſcire quod injuſti aliquid admiſerit, juſtitiae.

Τῆς αὐτῆς συνέσεώς ἐστι, καὶ πρὸς τὰ ἡδέα τῶν ἀδιαφόρων μὴ καταφέρεσθαι, καὶ πρὸς τὰ ἐπίπονα μὴ καταβάλλεσθαι.

Ejuſdem ſapientiae eſt, & in earum rerum quae delectu carent, jucunditates non ruere, & iis quae laborioſae & aſperae ſunt, non frangi.

(34) Τὸν ἱππικὸν ἀγῶνα, πρῶτος ἐπενόησεν ὁ Ἐνυλιόστης υἱὸς Ποσειδῶνος· τὸν δὲ αὐτὸν ἱππικὸν ἀγῶνα ἅρμασι Δίπολις ἐφεῦρεν. ὁ Οἰνομαὸς πρῶτος αὐτὸς ἐπετέλεσεν τὸν ἀγῶνα ἅρμασι τετραπώλοις· τὸ δὲ τοῦ ἱπποδρομίου κτίσμα, εἰς τὴν τοῦ κόσμου διοίκησιν ᾠκονόμηται· τουτέστι τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῆς γῆς, καὶ τῆς θαλάσσης. τὰς οὖν δώδεκα θύρας τῶν δώδεκα οἴκους ὥρισαν τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου τοῦ διοικοῦντος τὴν γῆν, καὶ

τὴν

Equeſtre certamen primus excogitavit Enylioſtes Neptuni Filius; illud idem vero equeſtre certamen cum curribus Dipolis invenit. Primus enim Oenomaus quadrigis ejuſmodi certamen obiit. Iam vero hippodromii, & circi ſtructura, ad mundi, hoc eſt coeli & terrae, mariſque gubernationem diſpenſata eſt. Quippe duodecim portas duodecim Zodiaci orbis domos eſſe prodiderunt,

qui

(a) Puto θανόντες. (33) Ibid. Tit. XVII. p. 693. (34) Ex Litt. τ. Tit. VI. p. 699.

qui terram, & mare, & fluxum humanae vitae curſum moderatur; ſolum autem circi terram univerſam eſſe. Euripum autem mare quod mediterraneum eſt, flexum qui verſus portas eſt, orientem: eum item qui ad cuneum, occidentem: ſeptem vero ſpatia motum, & curſum eſſe ſtellarum, quibus magna Vrſa conſtat. Rex porro Romulus in honorem quoque Solis, & ſubjectorum ei quatuor Elementorum, ſive terrae, maris, aeris, & ignis, quadrigarum curſum cum primus inveniſſet, hunc Romae, hoc eſt in Italia, quae ad occaſum ſita eſt, celebravit. His etiam quatuor elementis haec nomina Romulus impoſuit: terrae aſſignavit praſinam ſeu viridem partem: mari, ideſt aquis, venetam, veluti caeruleam; igni ruſſeam, ceu rubram; aeri denique, uti candido, albi nomen indidit.

Natura ac per eſſentiam hoc Deus habet ut miſereatur; ut autem iraſcatur, non natura ipſi comparatum eſt; ſed ob alios contingit.

τὴν θάλασσαν, καὶ τὴν ἀνθρώπων παροδικὸν τοῦ βίου δρόμον· τὸ δὲ πλάτωμα τοῦ ἱππικοῦ τὴν γῆν εἶναι· τὸν δὲ εὔριπον τὴν θάλασσαν ὑπὸ τῆς γῆς μεταζομένην, τὸν δὲ ἐπὶ τὰς θύρας (a) σκάμπτον, τὴν ἀνατολήν. τὸ δὲ ἐπὶ τὴν σφενδόνα, τὴν δύσιν· τὰ δὲ ἑπτὰ (b) σπαθία, τὴν κίνησιν, καὶ τὸν δρόμον τῆς ἀστροθεσίας τῶν ἑπτὰ ἀστέρων τῆς μεγάλης ἄρκτου. ὁ δὲ βασιλεὺς Ῥῶμος εἰς τιμὴν καὶ αὐτὸς τοῦ ἡλίου, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ τεσσάρων στοιχείων, τὸν ἀγῶνα ἐν Ῥώμῃ πρῶτος ἐφευρὼν, ἐπετέλεσεν ἐν τῇ χώρᾳ τῆς δύσεως, ἤτοι τῆς Ἰταλίας ἅρμασι τετραπώλοις, τουτέστι τῇ γῇ, καὶ τῇ θαλάσσῃ, καὶ τῷ πυρὶ, καὶ τῷ ἀέρι. καὶ ἐπέθηκεν ὁ Ῥῶμος τοῖς αὐτοῖς τέτρασι στοιχείοις τὰ ὀνόματα ταῦτα, τῇ γῇ πράσινον μέρος, ὅ ἐστι χλοῶδες· τῇ θαλάσσῃ, ὅ ἐστι τοῖς ὕδασι, τὸ βένετον μέρος, ὡς κυανόν· τῷ πυρὶ, τὸ ῥούσιον μέρος, ὡς ἐρυθρόν· τῷ δὲ ἀέρι, ὡς λευκὸν, ἐπέθηκεν ὄνομα τοῦ λευκοῦ.

(35) Φύσει μὲν κατ' οὐσίαν ὁ Θεὸς οἰκτιρμοὺς ἔχει, ὀργὴν δὲ οὐ κατὰ φύσιν, ἀλλὰ δι' ἄλλους.

(a) Lequien ex Cedreno, qui diſſerens de initio Regni Romani (*Hiſtor. Compen. p. m.* 118.) hunc ferme locum excripſit, reſtituit κάμπτον. Sed eſt ne hic locus Didymi Coeci, an Didymi Chalcenteri, an alterius? Hoc lubens diſcerem.
(b) Cedrenus σπάθια. (35) Ex Litt. φ. Tit. II. p. 710.

(36) Πάντων τῶν περὶ Θεὸν θεωρουμένων προηγεῖται ἡ οὐσιώδης ἀγαθότης.

Ante omnia, quae in Deo conſiderantur, eſſentialis bonitas ipſius graditur.

(37) Κηδόμενος ὁ Θεὸς ἐπιπλέον τῶν εὐεργετημάτων, οὐ παραυτὰ ἔστιν ὅτε ἐπιμετρεῖ, καὶ ἐπομβρεῖ τὰς δωρεὰς συμφερόντως, ἵνα μὴ μείζονι κολάσει ὑπεύθυνοι γένωνται οἱ πατήσαντες τὰς θείας χάριτας, ἠγνοηκότες τὸ μέγεθος αὐτῶν, τῷ ἐξ ἑτοίμου τετυχηκέναι αὐτῶν.

Deus eorum, quos beneficiis ornat, ſaluti conſulens, interdum non ſtatim ſua ipſis dona impertit, & infundit; idque utilitatis eorum cauſſa: ne ſcilicet majori ſupplicio obnoxii reddantur, qui Divinas gratias proculcarint, earum magnitudinem idcirco ignorantes, quod eas facile & celeriter ſint conſequuti.

(38) Ἃ χαρίζεται ὁ πατὴρ διακονοῦντος τοῦ υἱοῦ, ὑφισταμένου τοῦ πνεύματος, οὐχ ὡς δυνατὸν τῇ μεγαλειότητι τῆς θεότητος, ἀλλ' ὡς συμφέρει τοῖς λαμβάνουσιν.

Quae Pater largitur, miniſtrante Filio, & ſuppeditante Spiritu Sancto, non ita largitur, ut fert Divinae Majeſtatis poteſtas, ſed ut accipientibus conducibile eſt.

(39) Αἱ οὐκ ἀληθεῖς δόξαι διὰ μυρίων ψευδολογιῶν βαδίζουσαι, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν τῆς ἑαυτῶν κατηχήσεως οὐκ ἔχουσι διήγησιν.

Falſae opiniones atque ſententiae, cum innumeris mendaciis ire pergunt, unam & eamdem doctrinae ſuae enarrationem non habent.

(40) Ὧι ἔρως εἰσέρχεται γνῶσιν ἁγίαν ἔχειν, σχολασάτω ἀπὸ τοῦ κόσμου, καὶ τῆς ἐπιθυμίας αὐτοῦ, καὶ τῶν τῆς σαρκὸς ἔργων, ἵνα προσβάλῃ αὐτῷ εἰρηκότι, σχολάσατε καὶ γνῶτε, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Θεός.

Cui ſubiit cognitionis ſanctae comparandae ſtudium, ab hoc mundo ferietur, ejuſque deſiderio, nec non ab operibus carnis, ne illum offendat, qui dixit: Vacate, & videte, quoniam ego ſum Deus.

Ἀνύ-

Ma-

(36) Ibid. (37) *In Eſaiam*, ex Litt. χ. Tit. I. p. 721. (38) *In Ep. Corinth.* Ibid. (39) Ex Litt. ψ Tit. I. p. 727. (40) *In Ioannem*: Ex Litt. ω. Tit. LXVIII. p. 754. juxta Codicem Rupeſucald.

Magiſtri diſciplina, & exhortationes auditorum utilitati conferunt, non quando Magiſter ſolo ſermone docet, ſed quando actione etiam dictis conſentanea rebuſque promiſſis affini. Rurſum ſincerum Doctorem vitam iis, quae ipſe ſtatuit congruentem agere oportet, ut ejus actio cum ſermone recte conveniat.

Dominus dabit Verbum Evangelizantibus, virtute multa. Atqui multa virtute evangelizant, qui non ſyllabas ſolum afferunt, ſed & earum vim tam activa, quam contemplativa vita exprimunt.

Perfectum medicum dicimus, non illum omnino qui medeatur: ſed qui nihil eorum quae ad levamen, & ſanationem conferant, omittat. Itemque Imperatorem optimum non qui ſemper vincat, ſed qui nihil qua victoria obtineatur, negligat. Sic quoque nauclerum peritum non qui navem recte agat, ſed qui optimi gubernatoris muneribus omnibus accurate fungatur; tametſi mare vehemen-

(41) Ἀνύουσι παρὰ διδασκάλου παιδεύσεις τε καὶ προτροπαὶ πρὸς ὠφέλειαν τῶν ἀκροωμένων, οὐχ ὅταν λόγῳ μόνῳ διδάσκῃ ὁ παιδευτής, ἀλλὰ καὶ πράξει καταλλήλῳ καὶ συναφεῖ τοῖς ἐπαγγελλομένοις. πάλιν δεῖ τὸν γνήσιον, διδάσκαλον βίον κατάλληλον ἔχειν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ νομοθετουμένοις, ἵνα ᾖ τὸ ἔργον αὐτοῦ συνηρμοσμένον τῷ λόγῳ. [a]

(42) Κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ· εὐαγγελίζονται δὲ δυνάμει πολλῇ, οἱ μὴ συλλαβὰς μόνας προσφέροντες, ἀλλὰ καὶ τὴν δύναμιν αὐτῶν ἐπιδεικνυόμενοι πρακτικοῦ καὶ θεωρητικοῦ βίου.

(43) Τέλειον ἰατρὸν λέγομεν. οὐ τὸν θεραπεύοντα πάντως, ἀλλὰ τὸν μηδὲν τῶν εἰς ὠφέλειαν ἀνηκόντων, καὶ θεραπείαν παραλείποντα· καὶ στρατηγὸν ἄριστον οὐ τὸν νικῶντα πάντως, ἀλλὰ τὸν μηδὲν τῶν εἰς νίκην συντεινόντων παραλείψαντα· οὕτω καὶ κυβερνήτην ἄριστον, οὐ τὸν τυγχάνοντα πάντως τοῦ εὖ ἄγειν τὴν ναῦν, ἀλλὰ τὸν μηδὲν τῶν ὅσα δείκνυσι τὸν ἄριστον κυβερνήτην παραλείψαντα, κἂν καὶ βία κραταιοτέρα τῆς θαλάσσης κινουμένης

(41) *De Incorporeo*: Ex Litt. ι Tit. XLII. p. 780. (a) Similia haec ſunt antea allatis *num* 17. Vter autem locus deſcriptus ſit ipſis Didymi verbis, aegre, arbitror, definietur, niſi fons detegatur. (42) *Ex Capite XII. in Eſaiam*: Ibid. p. 781. (43) Ex Litt. τ. Tit. IV. p. 787. Horum aliqua habentur etiam p. 557.

μένης τὸ σκάφος ἐπικαλύψῃ τοῖς κύμασιν· καὶ φιλόσοφον ἄριστον, οὐ πάντας τὸν εἰς συναγωγὴν ἐπιτυγχάνοντα, ἀλλὰ τὸν μηδενὸς τεχνικοῦ συλλογισμοῦ παραμελήσαντα, κἂν μὴ συναγάγῃ.

bementi procella perculſum, fluctibus navigium operuerit. Demum praeſtantiſſimum Philoſophum non illum omnino, qui hominum coetum conflet, ſed qui nullam non artem conficiendi ſyllogiſmi adhibeat; quamlibet multos auditores non habeat.

Aliud nihil reliquum nunc ſane eſt, quam ut coronidis loco & ego aliquid adjiciam, quo facilius dignoſcatur, an aliquis alius Graecus Codex ſuperſit deſcriptum habens Opus de quo diſſerui. Igitur ſi Didymus occurrerit, idem Opus inſcriptum forte erit vel *Tres Libri de Trinitate*, vel *Sectarum*, aut *Dogmatum Volumen*. Quod ſi occurrente ſimili Opere, aut nullo, aut alterius Auctoris nomine Codex notatus fuerit, admonuit Frater meus *pag.* 142. *Librum I. Capita* XXXVI. habuiſſe, &, quia deeſt initium, extrema ejus verba eſſe: ὡς τὰ τῶν ἀνθρώπων. *Liber* autem II. continet *Capita* XXVII. atque incipit: Οἱ συνδυάζοντες εἴη ναὸς κἂν ποσῶς ἄξιος. *Liber* denique III. conſtat *Capitibus* XLII. & incipit: Ψυχὴ καθ' αὑτὴν ἐν τῷ νοητῷ ἀπαθὴς ὑπάρχουσα. Faxit nunc Deus Optimus Maximus, ut Patrum Operibus hoc etiam integrum tandem accedat.

ANIMADVERSIO QVINTA

Reliqua Didymi Scripta.

POſtea quam paullo fuſius diſſerui de *Tribus* Didymi Alexandrini Coeci *Libris de Trinitate*, ſive *Sectarum*, aut *Dogmatum Volumine*; agendum nunc breviſſime de reliquis ejuſdem lucubrationibus, colligendo praecipua ex iis, quae diſperſa comperi.

I. Scripſit Didymus Librum de Spiritu Sancto, qui a D. Hieronymo latine converſus *ſup. Num. VI. p.* 7. pluries typis vulgatus eſt, & in plurimis Bibliothecis Manuſcriptus ſervatur. Librum eumdem graece ſcriptum intercidiſſe, plerique judicarunt. Sed in Catalogo Mſs. Angliae

Digitized by Google

gliae *Tom. I. Par. III. pag.* 109. inter Codices Collegii Cajo-Gonvil-in Cantabrigia recenſetur Codex 755. *66.* in quo *num.* 5. habetur: *Didymus Graecus de Spiritu Sancto.*

II. Superſtitem etiam habemus Didymi Librum contra Manichaeos, vel certe partem haud exiguam ejuſdem Libri Graece & Latine editam tum a Combefiſio in Auctario Noviſſimo Bibliothecae PP. *Par. II.* tum in Caniſio Baſnagii *Tom. I. p.* 204. eumque graecum textum in Italia nactus fuerat Bigotius. Cum vero ex Bibliotheca Biblioth. Mſs. *Tom. I. pag.* 544. Codex Vidobonenſis CV. ſit Didymus Graecus contra Manichaeos, aliquid hinc ſperare licet, quo Liber ille perficiatur.

III. Superſunt quoque Didymi Enarrationes in Epiſtolas Canonicas, quas Latinam in linguam tranſtulit Epiphanius Scolaſticus *ſup. Num XXXIV. p.* 21: atque habentur in ſingulis editionibus Bibliothecae PP. An autem Graecus earum textus ab interitu ſervatus fuerit, compertum non habeo. Non arbitror certe graecas fuiſſe has Enarrationes, quas Labbeus apud Fabricium *Bibl. Gr. Vol. VIII. p.* 353. teſtatus eſt ſe vidiſſe in Ms. Coenobii S. Mariae Montis Dei. Sed neque graece ſcriptas in Anglia ſervari autumo. Habentur utique ex *Catalogo cit. Tom. I. Par. I. p.* 64. Codice 1242. ſeu 77. Guilelmi Landi; & *pag.* 110. Codice 2094. ſive 11. Thomae Bodleji: ſed cum ibi conjunctas habeant etiam Bedae gloſſas; hinc facile colligo ſervari ibi Latinam tantum verſionem. An vero alibi etiam ſerventur Enarrationes illae, nondum comperi. Spes aliqua textum illum reperiundi reliqua eſſet ex Catalogo Mſs. Angliae, ubi *Tom. II. Par. I. pag.* 240. Codice 7883. ſeu *161*. Bibliothecae Iacobaeae ſervari dicuntur *Didymi Opuſcula quaedam*. Et in Bibliotheca Biblioth. Mſs. *Tom. I Cod.* 2051. S. Germani inſcribitur *Didymus*: ſed valde incerta haec ſunt, tum quia neſcimus, quis ſit Didymus ille; tum vero etiam, quia ignoramus, quaenam ſint illa Opuſcula. Vnum illud compertum habemus ex Bibliotheca Coisliniana *pag.* 275. eius Codicem 224. olim 115. fol. 112. continere Epiſtolas Catholicas cum Commentariis variorum, eoſque inter Didymi. Sed fortaſſe ibi non habentur integrae Didymi enarrationes, cum ea Codicis pars non perveniat quam ad folium *161*. aliorumque plu-

Digitized by Google

plurium explanationes complectatur. Idipſum dicendum eſt quoad Codicem Regium 216. qui *n.* 2. habet Catenam in Epiſtolas Canonicas, cui & Didymus inſertus eſt.

IV. Cum vero Didymus V. ac N. Teſtamentum interpretatus ſit *ſup.Num.XXV.p.*12. & multos in illud ediderit Libros *ſup.Num.XXVII. p.*16. & *Num. XXXII.p.*21. nunc de his differendum. Itaque in Pentateuchum, inque Libros Ioſue, Iudicum, & Ruth Didymum aliquid dictaſſe dicendum eſt. Atque Expoſitionis quidem Geneſeos fragmenta ſuperſunt in Catena edita a Lipomanno in Geneſim. In Catena etiam Franc. Zephyri, cui in editione Patavina an. 1564. addita eſt Catena altera in Cantica Veteris & Novi Teſtamenti, Didymi teſtimonia conſpiciuntur; ejuſque Graecus Codex ſervatur in Bibliotheca Reip. Tigurinae, quo uſus eſt Svicerus in ſuo Theſauro Eccleſiaſtico voce προσκυνέω. Rurſum Lambecius *III.p.*16.*&* 17. deſcribit quartum Codicem Graecum Bibliothecae Caeſareae, qui continet Catenam in Geneſim, & in ea Didymi loca extant. Montfauconius etiam Diarii Italici *p.*433. meminit Catenae in Pentateuchum, Ioſue, Iudices, & Ruth ex Codice Sec. XI. Bibliothecae D. Iulii Iuſtiniani Proc. S. Marci, ubi pariter Didymus reperitur. In Bibliotheca etiam Regia in his Codd. invenitur Didymus; Cod. 128. qui eſt Catena in Pentateuchum, Ioſue, Iudices, & Ruth; Cod. 129. qui eſt Catena in Pentateuchum, Iudices, & Ruth; Cod. 130. qui eſt Catena in Geneſim & Exodum, deſinens tamen in caput xij; Cod. 131. qui habet Catenam in Exodum a cap. iij; Codex demum 161. qui complectitur Catenam in Geneſim. Ad haec etiam Commentaria ſpectabunt nonnulla eorum, quae ex Didymo habent Coisliniani Codices 83. olim 348. & 275. olim 205. reliquis ad ſua pertinentibus: exhibent enim hi Codices Catenam *in Cantica Sacrae Scripturae* ſcilicet Moſis *Exod.* 15. ejuſdem *Deuter.* 32. Annae 1. *Reg.* 2. Eſaiae 26. Ezechiae *Eſai.* 38. Trium Puerorum *Dan.* 3. Ionae 2. in Orationem Habacuc 3. & in Cantica Novi Teſtamenti *Luc.* 1. *&* 2. Conſpiciuntur quoque Didymi loca in Codicibus Vindobonenſibus 15. & 167. In illo enim praeter Catenam in Pſalmos a 5. ad ultimum adeſt & Catena in Cantica antea dicta, *Lambec. III.* 27: in altero autem

a fo-

a folio 238. ad 265. deſcriptus eſt Commentarius in eadem Cantica, *Lambec. IV.* 176.

V. Et Libros Regum Didymum commentatum eſſe comperimus ex ejus locis allatis ab Io. Rodulpho a Corduba in Catena Sacra in Libros Regum; atque ad hos forte commentarios pertinet locus, quem nuper attulimus *p.* 86. *num.* 22. *b.* qui eſt Didymi *in Loth* & *David*. Atque in Regio Codice 133. ſeu Catena in Libros Regum Didymum occurrere monet Catalogus Mſs. Bibliothecae Regiae *T.* 2. *p.* 21.

VI. Librum etiam Iob Didymum explanaſſe, Commentariis in eum editis, teſtatur Hieronymus *ſup. Num. VI. pag.* 7. locumque inde attulimus, *ſup. pag.* 86. *num.* 22. *a*. Et in Catena Nicetae Heracleenſis in Librum Iob, quae poſt Comitolum accuratius, auctiuſque Londini 1637. edita eſt a Iunio (*Vid. Fabric. Vol. VII. p.* 738. & *Lambec. V.* 62.) pluries Didymum reperies. Catenae autem hujus a Iunio éditae Codex Graecus, vel certe ſimile exemplar ſervatur in Bibliotheca Regia Pariſienſi *Cod.* 135. In hac eadem Bibliotheca Catenae in Iob, ſeu Codices 134. 138. 151. *n.* 2. & 162. conſervant quaedam Didymi Alexandrini. Idipſum vero etiam colligendum eſt ex Indiculo Bibliothecae Scorialenſis, quem vulgavit Corderius *pag.* xxj. ante Homilias XIX. Cyrilli Alex. in Ieremiam; ibi enim *pag.* xxiij. commemoratur *Catena in Iob*, in qua habetur Didymus. Et Codex Coislinianus 9. olim 132. vel ipſe eſt Catena in Iob *haud multum diſſimilis Catenae Nicetae, ſed brevior* ut dicitur *pag.* 55. *Bibl. Coisl.* eique conficiendae anuli ex Didymo etiam deſumpti ſunt.

VII. Sed & *Commentarios in Pſalmos omnes* Didymum elucubraſſe Hieronymus litteris conſignavit, non modo *ſup. Num. VI p.* 7. Sed etiam *Ep.* 89. *ad Aug. Tom. II. p. m.* 265. *B*. ubi ſcribit, Pſalmos *multis voluminibus* interpretatos eſſe Graecos Tractatores Origenem, Euſebium Caeſarienſem, Theodorum Heracleotem, Aſterium Scythopolitanum, Apollinarium Laodicenum, & Didymum Alexandrinum. Idemque poſtea tradidit Nicephorus *ſup. Num. XXXVIII. p.* 25. Plura porro Didymi in Pſalmos Fragmenta ſuperſunt in Catena Corderii, plurimaque ſupererunt in Catenis hujuſmodi ineditis. Sic *Tom. I. Mſs.*

*Angliae Par.I.p.*20. Baroccianus Codex 154. eſt Catena in 50. priores Pſalmos, ibique Didymi nomen occurrit. Et *ibid. pag.* 121. Codex 2328. ſeu 9. Bodlejanus ſub Littera E. 6. eſt pariter *Catena Graeca in Pſalterii partem, viz. a Pſalmo* 67. *ad* 102. *incluſive, juxta computationem Graecorum*, atque in ea conficienda Didymi loca adhibita ſunt. Rurſum Coislinanus Codex 10. olim 233. complectitur Pſalterium cum Patrum, & Veterum Scriptorum Commentariis, & in eis Didymus Coecus. Similiter Codex 80. olim 49. complectens Theodoreti interpretationem in Pſalmos 150. in margine tamen habet ſcholia, ſaepius ex variis Patribus excerpta, & inter ceteros *ex Didymo* (*ſemel additur Monacho*), ut advertit Montfauconius *Catal p.* 137. Codex vero etiam 188. olim 48. ejuſdem Bibliothecae eſt Pſalterium cum Commentariis Variorum, quibus Didymus accenſitus eſt. Plures quoque ſunt Catenae in Pſalmos Bibliothecae Regiae Didymum habentes. Hujuſmodi eſt Codex 139. h. e. Catena *in Pſalmos Cantica, & preces Biblicas*: hujuſmodi ſunt & Codices 140. 141. 146. 164. 166. & 167. qui Pſalmos continent, cum ſcholiis ad marginem. Codex vero 163. & Catenam in Pſalmos complectitur, & Catenam in Cantica V.T. Demum Abb. Io. Nanius Patricius Venetus obtinet Catenam Graecam in Pſalmos 104. in qua Didymus; loca autem, quae adhuc ibi legi poſſunt, Aloyſius Frater meus intelligens me de Didymo commentari, mecum nuper amantiſſime communicavit; cumque mihi pleraque in Corderio deeſſe viſa ſint, nonnulla autem diſcrepare ab iis, quae ibi afferuntur, haud abs re futurum fuiſſe duxi, ſi hic Latine etiam verſa ſubjicerem; praetermittens tamen locorum collationem cum Verſione ſeu Vulgata, ſeu LXX. Interpretum, ad quas quilibet haec loca referre facile poteſt. En igitur illa.

Cum articulo dictus ὁ ἁμαρτωλὸς *peccator* diabolum declarat, cujus brachium a Domino conteritur, & peccatum ejus quaeſitum non invenitur; habens, dum peragitur, exiſtentiam, & ceſſans: malum

Ad ℣. 15. Pſ. 9. Μετὰ ἄρθρου ῥηθεὶς ὁ ἁμαρτωλὸς, τὸν διάβολον δηλοῖ· οὗ ὁ βραχίων, ὑπὸ τοῦ κυρίου συντρίβεται, καὶ ἡ ἁμαρτία αὐτοῦ ζητουμένη οὐχ εὑρίσκεται· ἔχουσα ἐν τῷ ἐπιτελεῖσθαι τὸ εἶναι καὶ παυομένη.

μένη· τὸ γὰρ κακὸν, ποιότης ἐστὶν· οὐκ οὐσία.

Ad ℣. 4. Pſ. 20. ἐξ ὧν ἐπιτηδεύει τις στεφανοῦται· ὁ, τι γὰρ δίκαιος τὸ δίκαιον διώξας, ἀπολήψεται τὸν τῆς δικαιοσύνης στέφανον· ὁ, τὰ περὶ Τριάδος δοξάζων ὀρθῶς· κομιεῖται τὸν ἀμαράντινον τῆς δόξης στέφανον· κατατρυφήσας δέ τις τοῦ κυρίου, στεφάνῳ τρυφῆς ὑπερασπίζεται· καὶ ὁ χάριτι σωθεὶς, στέφανον χαρίτων δέχεται.

Ad ℣. 9. ejuſdem Pſalmi. ἤτοι τιμωρουμένη ἢ πολεμοῦσα τοὺς ἀντιτεταγμένους τῷ θείῳ νόμῳ κατὰ τὸ· πολεμεῖ κύριος χειρὶ κρυφαίᾳ ἐπὶ ἀμαλήκ· λέγοι δ᾽ ἂν ἐχθροὺς καὶ τοὺς ἀθέους· ὥστε δι᾽ ὧν πάσχουσι γνῶναι τὸν ἐπιστατοῦντα τοῖς ὅλοις Θεόν.

Ad ℣. 2. Pſ. 56. σκιὰν πτερύγων, τὴν θείαν κηδεμονίαν καλεῖ· εἰ δὲ προσδιαστέλλεται ἡ σκιὰ τῇ ἀληθείᾳ τοῦτο φησίν· ὅτι ἐν τῷ βίῳ τούτῳ τυγχάνων· ἐν τῇ σκιᾷ τῶν πτερύγων εἰμὶ ἐλπίζων καὶ ἐπ᾽ αὐτὰς τὰς πτέρυγας ἐλθεῖν ἐπτερωμένος τῇ ἀρετῇ, καὶ νοήσει τῇ πνευματικῇ· πτέρυγας γὰρ Θεοῦ .... καὶ τοῦ Θεοῦ δυνάμεις καὶ αἱ ὑψιπετεῖς περὶ αὐτοῦ νοήσεις· καὶ μετ᾽ ὀλίγα· ἐπειδ᾽ ἂν ᾖ παρέλθῃ ἡ ἀνομία. καὶ ἡ κατ᾽ ἐμοῦ ἐπιβουλὴ· καὶ ὁ ὠνομασμένος ἐπηρεαστὴς· οὐκέτι ἐν τῇ σκιᾷ· ἀλλ᾽ ἐν αὐταῖς ταῖς πτέρυξι· ὡς ἂν προκόψας καὶ ἠλευ-

lum enim qualitas eſt, non ſubſtantia.

Quibus quis dat operam, ex iis coronatur; nam cum juſtus, quod juſtum eſt, perſequutus fuerit, recipiet juſtitiae coronam; quod autem de Trinitate recte ſenſerit, reportabit immarceſcibilem gloriae coronam: qui autem in deliciis fuerit apud Dominum, a corona voluptatis protegetur: & gratia ſervatus gratiarum coronam accipiet.

Sive excrucians, ſive impetens tranſgredientes Divinam Legem, juxta illud: *pugnat Dominus manu abſcondita contra Amalec*: dixerit autem inimicos & Atheos; ut per quae patiuntur, noſcant Deum, qui omnibus praeeſt.

Vmbram alarum Divinam curam vocat. Si autem umbra ſecernitur a veritate, hoc dicit, quia dum in hac vita ſum, in umbra alarum ſum, ſperans & per eaſdem alas venire alatus virtute, & intelligentia ſpirituali: alae enim Dei ..... & Dei virtutes, & ſublimes de illo cogitationes. *Et poſt pauca*: Quoniam autem ſi praetereat iniquitas, & inſidiae contra me, & qui dictus fuit calumniator: non jam in umbra, ſed in ipſis tuis alis, tamquam progrediens & liberatus

ab omni praevaricatione actionis ſperabo.

Non enim viventes, ſed ſimiles exiſtentes viventibus ſub ira comprehenduntur; abſorbere enim, ſignificat tenuiſſe; quemadmodum abſorptos jam tenti *ſignificationem habet*, & *μεμυκημένου*. (an *νενικημένου* victi?).

Non meum fieri regnum opto, ſed expecto, ut illud a te accipiam: confido autem in periculo ſciens ſaepe, quoniam Deus & ſuſceptor meus es: etſi enim non ex mea virtute dignus ſum regnum accipere; cum tamen miſericordia tua praevenerit, oſtendet mihi in inimicis meis, quemadmodum ipſi punientur, ego autem regnum accipiam a te.

Et ex propoſita ſententia redarguendi ſunt illi haeretici, qui Creatorem vindictae cupidum eſſe opinantur: iraſcitur enim Deus, non ut perdat, ſed ut miſereatur: huic conſentit illud: *Benedicam te Domine, quoniam iratus es mihi in ſalutem*. Si enim in ſalutem iraſcitur, non *eſt* paſſio ira *ejus*, ſed utiliter aſſumitur.

Avulſas partes conjungit per ſimi-

ἠλλοτριωμένος πάσης ἀνόμου πράξεως ἐλπιῶ. (quaedam ſunt apud Corderium, quae hic deſunt; & viciſſim).

Ad ℣. 10. Pſ. 57. Οὐ γὰρ ζῶντες, ἀλλὰ ζῶσιν ὅμοιοι τυγχάνοντες ὑπὸ ὀργῆς συλληφθήσονται· τὸ γὰρ καταπιεῖν· τὸ κρατῆσαι σημαίνει· ὡς τοὺς καταποθέντας ἤδη κεκρατημένους καὶ μεμυκημένους (ſic).

Ad verſ. 10. Pſalmi 57. Οὐ σφετερίζεσθαι τὴν βασιλείαν προαιροῦμαι· ἀλλ' ἐκδέχομαι παρὰ σοῦ αὐτὴν λαβεῖν· θαῤῥῶ δὲ τῇ πείρᾳ γνοὺς πολλάκις ὅτι εἶ Θεὸς, καὶ ἀντιλήπτωρ μου τυγχάνεις· κἂν γὰρ μὴ ἐξ ἐμῆς δυνάμεως ἄξιός εἰμι λαβεῖν τὸ βασιλεύειν, ἀλλά γε τὸ σὸν ἔλεος προφθάσαν, ἐπιδείξει μοι ἐν τοῖς ἐχθροῖς μου· ὡς αὐτοὶ μὲν κολασθήσονται· ἐγὼ δὲ τὴν βασιλείαν λήψομαι παρὰ σοί.

Ad ℣. 3. Pſ. 59. Ἐλεγκτέον τοὺς ἀμυντικὸν φρονοῦντας εἶναι τὸν δημιουργὸν, ὀργίζεται γὰρ ὁ Θεὸς, οὐχ ἵνα ἀπολέσῃ, ἀλλ' ἵνα οἰκτειρήσῃ· τούτῳ συνᾴδει τὸ· εὐλογήσω σε κύριε, ὅτι ὠργίσθης μοι εἰς σωτηρίαν· εἰ γὰρ εἰς σωτηρίαν ὀργίζεται, οὐ πάθος ἡ ὀργή· ἀλλὰ χρησίμως παραλαμβάνεται. (vix aliter apud Corderium).

Ad ℣. 10. Τὰ ἀποῤῥαγέντα μέρη

ξη συνάπτει διʼ ὁμονοίας· Μωὰβ γὰρ λέβης λουτροῦ, ἢ λέβης ἀμεριμνίας· ὁ γὰρ ἀπόβλητος Μωὰβ διὰ τοῦ λουτροῦ τοῦ βαπτίσματος ὃ ἄφεσιν ἔχει καὶ ἀμεριμνίας πρόξενον γίνεται· καὶ οἱ ἀλλόφυλοι πάντες ὑπετάγησαν τῷ ζυγῷ τοῦ Χριστοῦ ὑποκύψαντες. (fuſius & aliter apud Corderium).

Ad ℣. 3. Pſ. 60. Γῆν τὸ σῶμά φησι· πέρατα γῆς τὰ αἰσθητήρια· ἀφʼ ὧν καλὸν κράζειν πρὸς τὸν Θεὸν καὶ προσεύχεσθαι· ἵνα μηδεμίαν αἴσθησιν ἀντιπράττουσαν ἔχωμεν.

Ad ℣. 6. Pſ. 65. Ἐκεῖ ἀντὶ τοῦ ἐν τοῖς τοιούτοις θαύμασιν εὐφράνθημεν ἐν τῷ Θεῷ· ἐνήλλακται γὰρ ὁ χρόνος· ὡς καὶ ἐν τῷ· ὁ μεταστρέφων· ἀντὶ γὰρ τοῦ ὁ μεταστρέψας.

Ad ℣. 5. Pſ. 68. Εἰ δὲ ἀπέδωκεν ἃ μὴ ἥρπασεν· ἀλλʼ οὖν ἡμᾶς ἐλυτρώσατο· καὶ τοῦτʼ ἐστὶν ἀποτιννύναι, ἐξαλείφων τὸ καθʼ ἡμῶν χειρόγραφον, ὃ ἠναγκάσμεθα ἀποτιννύναι ἐπιφερόμενα καθʼ ἡμῶν, ἐξήλειπται ταῦτα δὲ ἦρται ἐκ τοῦ μέσου ἀφέσεως ἁμαρτιῶν δοθείσης.

Ad ℣. 14. Ἵνʼ ἐμοῦ ζωοποιουμένου, σὺν ἐμοὶ ζωοποιηθῶσιν οἱ διʼ ἁμαρτίας νεκροί. (Plura apud Corderium).

Ad ℣. 23. Τράπεζα ἡ θεόπνευστος γραφή· ἧς ἡ μὲν θεωρία καὶ ἡ νόησις, ψυχῶν λογικῶν τροφὴ πα-

ειτ-

m ilitudinem: Moab enim lebes lavacri, ſive lebes ſecuritatis; abjiciendus enim Moab, per lavacrum baptiſmatis, quod continet remiſſionem, & ſecuritatis conciliativum eſt: & alienigenae omnes ſubjecti ſunt jugo Chriſti ſe ſubincurvantes.

Terram corpus dicit; fines terrae ſenſoria, a quibus pulchrum clamare ad Deum, & orare, ut nullam ſenſationem repugnantem habeamus.

Illic, pro eo: in hujuſmodi mirabilibus laetati ſumus in Deo: immutatum eſt enim tempus; ſicut & in iſto: *Convertens*, pro, *qui convertit*.

Si & reddidit; *quae non rapuit*; Verumtamen nos redemit, & hoc eſt exſolvere, auferens chirographum contra nos; quae oportebat nos exſolvere illata contra nos, abſtulit iſta, & ſuſtulit e medio remiſſionis peccatorum, quam dedit.

Vt me vivificato, mihi convivificentur per peccatum mortui.

Menſa, Scriptura divinitus inſpirata; cujus quidem contemplatio, & intelligentia, animarum ratio-

tionalium alimentum continet; verba autem menſae rationem obtinent.

Additamentum fecit Patris hymnis Filius, & novum Teſtamentum ad vetus addens: non enim abolevit prima adducens ſecunda; ſed additamentum fecit.

Ferae illam exterminatae, ſunt paſſiones & peſſimae virtutes; aper enim turpes cupiditates, & libidinoſae voluptates, quibus per immunditiam in ſylva, hoc eſt in infructiferis plantis, ut videtur inſidias ponit. Inter irrationales enim appetitus, hae paſſiones abſconduntur; furores autem & iras ſignificare poteſt *apri* appellatio.

Confirmavit ſeipſum, non ſinens illum ex jacto ſemine viri conſtitutionem habere corporis: ſuperveniente enim Spiritu Sancto Virgini, Sanctus Filius ſubiit, qui & paravit vitem ad fructus productionem.

εἰσέχει· ἡ δὲ λέξις, τραπέζης λόγον ἐπέχει.

Ad ℣. 14. Pſ. 70. Προσθήκην ἐποιήσατο τοῖς τοῦ πατρὸς ὕμνοις ὁ υἱός· τὴν καινὴν διαθήκην πρὸς τῇ παλαιᾷ παραδούς. οὐ γὰρ ἀνεῖλε τὰ πρῶτα εἰσάγων τὰ δεύτερα· προσθήκην δὲ ἐποιήσατο.

Ad ℣. 14. Pſ. 79. Τὰ λυμαινόμενα αὐτὴν ἄγριά εἰσι πάθη καὶ αἱ πονηρόταται δυνάμεις· ὗς γὰρ αἰσχραὶ ἐπιθυμίαι καὶ ἀκόλαστοι ἡδοναί· ἃς διὰ τὸ ἀκάθαρτον, ἐν δρυμῷ, τουτέστιν ἐν ἀκάρποις φυτοῖς εἰκότως λοχᾶν· περὶ γὰρ τὰς ἀλόγους ὁρμὰς τὰ πάθη ταῦτα ἐγκρύπτεται· θυμοὺς δὲ καὶ ὀργὰς ἀποσημαίνειν δύναται ἡ τοῦ μονίου προσηγορία.

Ad ℣. 18. Ἐκραταίωσεν ἑαυτὸν, οὐκ ἐάσας αὐτὸν ἐκ καταβολῆς σπέρματος ἀνδρὸς, τὴν σύστασιν ἔχειν τοῦ σώματος· πνεύματος γὰρ ἁγίου ἐπελθόντος τῇ παρθένῳ, ὁ ἅγιος τόκος ὑπέστη· ὡς καὶ ἡτοιμάσατο τὴν ἄμπελον πρὸς καρποφορίαν.

His tantum lucubrationem hanc diteſcere licuit ex Naniorum Codice; pluribus autem fortaſſe ditata fuiſſet, niſi plurimae ejus Codicis paginae evanuiſſent, aut idem mutilus eſſet. Horum interim gratiam Naniis habeamus, ex quorum nobili ſtudio colligendorum Codicum, haec ad nos pervenere. Quam multa vero alia iiſdem debeat Litteratorum Reſpublica, declarant Ephemerides Litterariae Florentinae an. 1761. *fol.* 34. *Venezia*: ex crudita enim eorum ſupellectili plura

Cla-

Clariſſimorum Virorum Opera & habuiſſe originem, & habitura novimus.

VIII. Et Proverbia vero explanavit Didymus *ſup. Num XXXIII. pag* 21. Superſunt multa in Catena ad Proverbia a Pletano edita. Corderius quoque *Caten. Luc. ad c.* 8. ℣. 1. locum attulit, quem inde ſumptum arbitratur. Demum & in Codicibus plura extare novimus. E Regiis enim Mſs. Codex 151. *n.* 1. exhibet Catenam in Proverbia, Eccleſiaſten & Canticum Canticorum, in qua eſt Didymus. Et Codex *ibid.* 153. eſt Catena in Proverbia, & Canticum Canticorum. Codex quoque *ibid.* 154. *n.* 2. & Codex 172. *n.* 2. continet Procopii Sophiſtae Chriſtiani Commentarium in Proverbia, ubi eſt Didymus. Rurſum Codices 174. *n.* 2, 999. *n.* 2, 1002. *n.* 2. comprehendunt Scholia in Proverbia, in quibus & Didymum invenias. Indiculus pariter Scorialenſis Corderii *pag. xxiij.* indicat Catenam in Proverbia, in qua Didymus. Coisliniani demum Codices 15. olim 141, & 194. olim 219. ſunt, alter Catena in Parabolas, alter Proverbia cum ſcholiis; utrobique autem Didymus reperitur.

IX. Didymus *in Eccleſiaſten* affertur in Parallelis *ſup. p* 89. *n.* 31. & praeter Codices nunc citatos, Codex Regius 176. eſt Commentarius in Eccleſiaſten *ex variis, quos inter Didymus & Evagrius.*

X. In Canticum Canticorum, praeter nuper commemorata, extat Didymi locus in Expoſitione Euſebii, & Polichronii in Canticum a Meurſio edita *Lugd. Bat.* 1617. *pag.* 19.

XI. Et in Eſaiam Prophetam Didymus edidit XVIII. Volumina *ſup. Num XVII. p* 10. Quaedam inde loca translata vidimus a Io. Damaſceno in ſua Parallella. Alia ſuperſunt in Catena Bibliothecae Scorialenſis ad Eſaiam, quemadmodum noſcere licet ex Catalogo ejus Bibliothecae a Corderio allato *pag. xxiiij.* ubi tamen haud ſatis intelligo, cujuſmodi ea ſint; dicitur enim: *Didymi Alexandrini in Eſaiam Prophetam Commentarii; ſive Epitome Enarrationum ab ipſo collecta ex diverſis SS. Patrum, ut Cyrilli, & aliorum ſcriptis.*

XII. Quaedam etiam Didymi loca *in Ieremiam* & *Baruch* comprehendit Catena Glisleriana, edita *Lugd.* 1623. nimirum *Tom I p* 39. & *Tom-*

Digitized by Google

& *Tom. II. p.* 704. & 753. Codex vero Regius 159. *n.* 5. complectitur Scholia in Ieremiam, & Baruch, Threnos, & Orationem Ieremiae, atque aliquid ex Didymo nobis ſervavit.

XIII. Et *in Danielem* Didymi aliquid ad nos tranſmiſit idem Codex Regius 159. qui *num.* 4. continet Scholia in Danielem.

XIV. *In Oſee* autem *tres Libros Hieronymo rogante* dictavit Didymus, *ſup. Num. XVIII. p.* 10. & *Num. XIX p.* 11. ex quibus ſupereſt locus allatus *ſup. p.* 84. *n.* 12. a S. Io. Damaſceno ſervatus. An vero quidpiam aliud ſuperſit, exploratum non habeo.

XV. Et in Zachariam *quinque explanationum Libros* Hieronymo, qui eum hoc poſtulaverat, Didymus προσεφώνησεν *ſup. Num. XIX. p.* 11. Num quidpiam ex his pariter ſuperſit, haud ſcio: niſi quid reliquum fuerit in Maximi Opuſculis ſive editis, ſive ineditis. Sic ex gr. Codex Coislinianus 371. olim 151, continet S. Maximi Opera quaedam, quae ab editis diſcrepant, & Didymus affertur in Opuſculis ιβ'. περὶ πλούτου καὶ πενίας, καὶ φιλαργυρίας *fol.* 43; & ιε'. περὶ διδαχῆς καὶ λόγων *fol.* 55; & ιζ'. περὶ παιδείας καὶ φιλοσοφίας *fol.* 58; & κδ'. περὶ φόβου *fol.* 79; & κϛ'. περὶ ἁμαρτίας καὶ ἐξαγορεύσεως. *fol.* 82; & μη'. περὶ προνοίας. *fol.* 118; & ν'. περὶ ἰσχύν. *fol.* 121; & νε'. περὶ ἑκουσίου καὶ ἀκουσίου. *fol.* 128; ac tandem νϛ'. περὶ τοῦ γνῶθι σεαυτόν. *fol.* 130. Codex quoque *ibid.* 37. olim 236. eſt Collectio locorum Scripturae & PP. & in his Didymus. Et Codices 117. olim 64, in quo extat Collectio locorum e Scriptura & Patribus; & 294. olim 89. ubi habentur excerpta Scripturae & Patrum ordine alphabetico, & diſcrepant a Sacris Parallelis S. Io. Damaſceni, qui & ipſe affertur; & 296. olim 83. qui complectitur Teſtimonia pariter Scripturae & Patrum; hi Codices, inquam, in quibus nonnulla ex Didymo collecta ſunt, aliquid nobis forte ſervarunt ex iis, quae penitus deperdita judicantur. Hujus etiam generis ſunt *Loci Communes* Antonii Meliſſae editi a Conrado Geſnero *Tiguri* 1546. in quibus affertur Didymus *Lib.* 1. *capp.* 16, 33, 48, 50, & 56. Et *Scriptores Gnomici* editi per Frobenium *Baſil.* 1521. In indice etiam Stobaei *edit.* Geſneri *Tigur.* 1559. p. 557. occurrit *Didymi Epitome*; quamvis certum non ſit, hunc eſſe Didymum Coecum.

In

Digitized by Google

In Codice demum Regio 924. *continentur loci communes, Theologici plerumque, e Libris Sacris, & Eccleſiaſticis Scriptoribus collecti, ordineque alphabetico diſpoſiti*. Inter hos autem ſuum locum Didymus Alexandrinus obtinet.

XVI. Et in Euangelium Matthaei Commentarios edidit Didymus *ſup. Numm. VI. pag* 7. *XX. pag.* 11. & *XXXVIII. p.* 25. Locum inde excerptum habes *ſup. p.*88 *n.*28. Et in Catalogo Graecorum Codicum Bibliothecae Regiae, Codex 187. eſt Catena in Matthaeum, Lucam, & Ioannem, cui contexendae & Didymus inſerviit.

XVII. In Euangelium pariter Ioannis vulgavit Didymus ſuos Commentarios, *ſup. Num. VI & XXXVIII.* locumque excerpſit hinc Damaſcenus *ſup pag.* 92. *n.* 40. Alia ex his ſuperſunt in Catena D. Thomae ad Euangelia; & in Catena Corderii ad Euangelium Ioannis. Aliquid etiam Catenae Mſſ. ſervarunt, nimirum Codices Regius 209. & Coisliniani 20. olim 26. atque 23. olim 35. ac tandem 195. olim 306.

XVIII. Actus Apoſtolorum Didymum expoſuiſſe, nonniſi e Catenis Mſſ., quod ſciam, conjici poteſt: veluti ex Codicibus Coislinianis 25. olim 121. & 202, olim 94. & ex Regio Codice 216. *n.* 1.

XIX. Demum D. Pauli Epiſtolas Didymum expoſuiſſe compertum eſt. Ac de Epiſtola quidem ad Corinthios id teſtatur Hieronymus *ſup. Num. X. p.*8. locumque inde attulit Damaſcenus *ſup. p.* 92. *n.* 38. De Epiſtola vero ad Galatas id pariter novimus ex Hieronymo *ſup. Num. XXI. pag.* 11. De reliquis vero conjicere licet ex Mſſ. Regio ſcilicet Codice 216. ubi *n.* 3. extat Catena in xiv. Epiſtolas Pauli; & Coisliniano 204. olim 143. generis ejuſdem Codice: in his enim Didymus laudatur.

Antequam vero ultra progredior, nonnulla hic adjiciam ex Palaeograhia Montfauconii, quo homine vix ulli, plures Graecos Codices prae manibus habuerunt. Ait ergo ipſe *pag.*347. *Frequentiſſime erratum fuit, maximeque in Catenis, ubi ex abbreviationum ſimilitudine, alia nomina pro aliis lecta ſunt. v. g. Athanaſius pro Didymo, quia cum in Codicibus litterae* Δ & Λ *admodum ſimiles ſint, duplex* ΔΔ *ſic poſitum pro duplici* α *habitum fuit, & lectum* 'Αθανασίυ. Facilius

cilius fortaſſe in eam ſubſtitutionem amanuenſes quidam adducti ſunt; quod cum Didymi doctrina ſuſpecta haberetur a pluribus, atque ob id Amanuenſis quidam in margine Didymo appingere ſoleret rubricam *ἀνάθεμά σοι*, non ſecus atque Origenis, Euſebii Caeſarienſis, & Apollinarii nominibus *Montfauc. ibid. p.* 4. propterea Amanuenſes illi obſervantes dignam Athanaſio ſententiam nunquam judicarunt, eamdem ab homine, quem haereticum putabant, dictatam; unde *Athanaſii* nomen appoſitum exiſtimabant, magis quam *Didymi*: non enim hujuſmodi Amanuenſes diſcernere potuerunt, Didymum Coecum, dum ei quid in dictando excidit, non ex ipſius voluntate profectum eſſe; ſed incidiſſe eum in errorem gentis Alexandrinae, cui ſummo in honore fuerat Origenes: neque noverunt, ſummos etiam Viros non ſemper examini ſubjicere, an quidpiam is peccaverit, quem maximi faciendum ſciunt; praeſertim dum ejus opinionibus utuntur, ut haereticos revincant: qua de re vide, quae diſſerui *pag*: 59. *ſeqq.*

XX. Superſunt alia duo Didymi Fragmenta allata ſuperius *p.* 87. *n.* 25. & *p.* 93. *n.* 41. deſumta ex Didymi ſcriptis *πρὸς φιλόσοφον*, *ad Philoſophum*, & *περὶ ἀσωμάτου de Incorporeo*, ex quibus Didymum hujuſmodi opuſcula elucubraſſe intelligimus.

XXI. Dictavit praeterea Didymus *Contra Arianos Libros II.* ut ſcripſit Hieronymus *ſup. Num. VI. p.* 7. & Nicephorus *ſup. Num. XXXVIII. p.* 25. Atque his fortaſſe Libris Didymus *ſup. Num. VII. p.* 7. Eunomio reſpondit. (*Vide quae diximus pag.* 51.) De his porro & ſubſequentibus Didymi Operibus nihil ad nos perveniſſe novi. Ad hos fortaſſe Libros provocat Didymus, inquiens Enarratione in 1. Io. 5. *Quapropter tamquam inſpiciendi ſunt, qui alterius ſubſtantiae dicunt, & non ejuſdem Patrem & Filium, quatenus dum una Divinitas Patris & Filii aſſeritur, etiam Veritas una & eadem agnoſcatur. Quomodo enim non una Divinitas Patris & Filii, cum Propheta dicat*: „ Et te „ orabunt, quia Deus in te eſt, & non eſt praeter te Deus; tu enim „ es Deus, & ignorabamus, Deus Iſrael Salvator „. *Horum itaque ſingula examinationem, ut fuit poſſibile, in aliis habuerunt.* Verum iſthaec indicare etiam poſſunt Didymi Libros de Trinitate, de quibus *Ani-*

Animadv. praeced. actum eſt, ſeu Sectarum, aut Dogmatum Volumen, quod commemoravimus, *ſup pag. 75. & 76.*

XXII. Dictaſſe etiam Didymum Commentaria in Origenis Libros περὶ ἀρχῶν teſtantur Hieronymus *ſup. Num. XII. & XIII. & XIV. p. 9.* & Socrates *ſup. Num. XXVII. p. 16.*

XXIII. Reſpondit quoque Didymus Rufino quaerenti: *quare moriuntur infantes, cum propter peccata corpora acceperint?* ſup. Num. XVI. p. 10.

XXIV. Et de impari numero Didymum aliquid elucubraſſe ex Hieronymo *ſup. Num. VIII. p.* 8. intelligimus.

XXV. Iam vero inquit Didymus *Lib. de Sp. S. p. m.* 316. *Iuxta poſſibilitatem ingenii noſtri, quot res* Spiritus *ſignificaret, attigimus; ſuo tempore quid unumquodque ſignificet, ſi Chriſtus tribuerit diſſeruri.* An hoc, quod ſibi agendum Didymus propoſuerat, reapſe poſtea perfecerit, prorſus equidem ignoro.

XXVI. Demum Anonymus, quem Didymum meum eſſe animadverſione praecedenti perſuadere conatus ſum, decreverat oſtendere marinam aquam unius aquarum generis eſſe. Inquit enim *Lib. II. c.* 14. Epiſtolae Fratris mei *p.* 19. Ὅθεν ἀδιαφόρως παντὶ ὕδατι, καὶ ἐν θαλάττῃ δὲ, ἀνάγκης καταλαβούσης, βάπτισμα γίνεται· ὡς μιᾶς τε οὔσης φύσεως ὑδάτων, καὶ πάσης ἁγιασθείσης· ὅπως δὲ τὸ θαλάττιον ὕδωρ ἁλμυρὸν εὑρίσκεται τοῦ ἑνὸς γένους τῶν ὑδάτων ὑπάρχον, ἑτέρα ἐπιδείξει, σὺν Θεῷ φάναι, πραγματεία. i.e. *Vnde promiſcue omni aqua, etiam in mari, ſi neceſſitas ſupervenerit, baptiſmus ſit, cum una ſit natura aquarum, & tota fuerit ſanctificata. Quomodo autem marina aqua ſalſa unius aquarum generis eſſe inveniatur, alia elucubratio, Deo opem ferente, demonſtrabit.* Perfecerit ne iſtud Didymus, plane incompertum eſt mihi. Atque hic mearum ad Veterum Teſtimonia de Didymo Alexandrino Coeco Animadverſionum hic finis eſto.

ETsi plerique errores typographici prius, quàm omnia folia comprimerentur, ſublati ſunt; eorum tamen omnium emendationem adjiciam pro iis exemplaribus, in quibus reliqui ſunt; ſi quid autem hic praetermiſſum fuerit, benevolus Lector ipſe emendabit.

Pag.	lin.	err.	corr.
5	8	fnlgentem	fulgentem.
7	3	Orrigenis	Origenis.
8	7	πιδμα τφορεγς	πνδματοφόρος
11	5	προσφερομενον	προσφερόμενον
12	8	ὑ ἢ	ὐ ἢ
	12	ὀμμάτων	ὀμμάτων
13	2	ἀρχῖνε	ἀ χαίνε
	8	περιαλλαθεῖς	περιαλλαθεῖς
	13	βαίνεις, ἢ	βαίνεις ἢ
	29	γνώσιν	γνῶσιν
14	7	προσπτίουσι	προσπταίουσι
	ult.	ἐπαιά;ουσι	ἐπαιάγουσι
15	3	ἴδιξιν	ἴδειξιν
	9	στιχεῖα	στοιχεῖα
	15	ταῦτα	ταῦτα
16	26	ὀφθαλμοὶ	ὀφθαλμοὶ
	ult.	Ἀντωνίυ	Ἀντωνίυ
17	6	πνευματικὴ θρίξ	πνευματικὴ θρία
18	4	ἐρικώδης, & χαραχθέισαι.	ἐρικώδης, & χαρακτῆρας
	10	ἀναμαρτήσει	ἀναμαρτήσει
	23	Μοναχῶν	Μοναχῶν
	27	Ἀλεζάνδρειαν	Ἀλεξάνδρειαν
19	7	τὴν	τὴν
	15	συμπλασσόμενον	συμπλασσόμενον
	26	Ιλλαριὸν	Ἰλλαριὸν
	30	ὦ δὲ	ὧδε
23	1	τοῖς	τοῖς
	9	περὶ σαντίσατο	περιεσαντίσατο
	14	τοῖς	τοῖς
	20	τῆ	τῇ
	21	τεῖ-	τύ-
	24	ἴξεις	ἴξεις
24	6	ὦ ὁ βία	ὦ ὁ βία
	24	οἷς	οἷς
	32	τραυτῶς τὴν ἀνέραστον	ταῦτα τὴν ἀνέραστον
25	8	ὅτι	ἔτι
	32	ἀναστάς	ἀναστάς
26	12	γραψαις	γραφαῖς
	28	φιλῶδης	φιλῶδης
27	1	γένῶδης	φιλῶδης
28	5	ὅτι	εἶτι
	18	Θεόδωρον	Θεόδωρον
	20	μαρτυρεῖ	μαρτυρεῖ
	21	ὑμᾶς	ὑμᾶς
30	31	Eccleſiaticum	Eccleſiaſticum.
32	16	Phioſophiae	Philoſophiae
	32	ἴσαν	ἦσαν
	ult.	ποιεῖν	ποιεῖν
33	30	ἴσαν, ἀλλ' ὁ ἀνδρῶν	ἦσαν, ἀλλ' ὁ ἀνδρῶν
34	1	ἀνδρῶν μὲν ἦν ἀεὶ	ἀνδρῶν μὲν ἦν αἰεὶ
35	6	coevos	coaevos.
	7	lagum	lacum.
	10	ἐκ σιω	ἐκεῖνο
36	7	τὸ φύσει	τῇ φύσει
	24	ἀναχω ρας	ἀναχωρήσας
	25	ἐν	ἓν
	32	πεφύκασι	πεφύκασι
37	9	ἔνεκεν	ἕνεκεν
38	ult.	ἴσα	ἴσα
45	ult.	*duecento*	*ducento*
47	13	menifeſta	manifeſta
48	2	commumerat	connumerat
56.	20	fortaſſe	fortaſſe
36	12	athelarum	athletarum
55	1	Cajo-Gonvill-	Cajo Gonvillenſis
	9	Vidobonenſis	Vindobonenſis
102	1	λέξεις	λέξις
	24	ὃς ἢ	ὅς ἢ

IMPRIMATVR,

Si videbitur Rm̃o Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

D. Giordani Archiep. Nicomed. Viceſgerens.

IMPRIMATVR.

Fr.Thomas Auguſtinus Ricchinius Ord.Prædic. Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

Digitized by Google

ADDITAMENTUM

Tres Libri de TRINITATE DIDYMO COECO *aſſerti antea, nunc a nonnullis cujuſdam ſcrupulis liberantur.*

FRANCISCO PAVLO DE SMITMER AMICO OPTIMO
Ferdinandus Mingarellius S. P. D.

SCripſeram ad Te SMITMER OPTIME IV Kal.Febr. de meis *Animadverſionibus*, quae ad IV.Kal.Maj. publici juris factae ſunt, ut ex *Veterum Teſtimoniis de* DIDYMO ALEXANDRINO COECO, *huic Tres Libros de* TRINITATE paullo antea detectos aſſererem. Eadem nunc de re ſcribendum ad Te mihi. Cuidam enim ſcrupuli oborti ſunt, ob quos veretur, eos Libros DIDYMO COECO revera aſſerendos non eſſe. Tranſmiſit ipſe ſcrupulos ſuos Roma Pariſios; ibique typis editi ſunt (*Supplement a la Gazette Littéraire de l'Europe* I. *Août* 1764. *n* V.) ut paucis ab hinc diebus perſpexi, cum meae nondum Animadverſiones illuc perveniſſent. Quam multa porro peccavit, qui ea ſcripſit. Nimirum vel quae non noſſet, litteris mandavit; vel receſſit a vetere illa, digna ſapiente ſententia: *Quam quiſque norit artem, in hac ſe exerceat.*

1. Atque inprimis lapſus eſt valde turpiter, dum eidem hoc excidit *pag.* 237. de DIDYMO COECO „ il eut le ſavant Origene pour Maître: „ ſcis enim Origenem vita functum fuiſſe circa an 254. multoque antea ſcholam Alexandrinam deſeruiſſe; Didymus autem Coecus circa an. 310. natus eſt, ut demonſtravi *Animadv.* III. *pag.* 43. Si Didymus meus eſſet alter, quem *ibidem* commemoravi, is certe propius abfuiſſet ab Origene. At nimium temporis intervallum Didymum meum inter Origenemque interceſſit. Hac de re ſuſpicari ſaltem ille debuit ob ea, quae ego ibi attuli *pag.* 26 *ſeqq*; ab Origene enim ad Didymum meum ſeptem Alexandrinae Eccleſiae Doctores medios obſervare potuit: eratque hoc ſane ſuſpicandi argumentum vel ipſis digitis contrectabile. Scribit utique D. Hieronymus *Ep.* 126 *ad Evagr. T.* 3 *pag m* 26. in Teſtimoniis Veterum ob levioris momenti rem a me praetermiſſus; ſcribit, inquam, de Melchiſedec: *Origenes Angelum eum dicit..... Tranſivi ad Didymum ſectatorem ejus, & vidi hominem pedibus in Magiſtri ſui ipſe*

* ſen-

Digitized by Google

ſententiam: at quiſque intelligit *Magiſtrum* hic veluti *exemplar* ſignificare; erat quippe Didymus Origeniſta. Sed hoc illi parcendum, tamquam labes in re a nobis admodum remota; neque in Gallica Ephemeride Litteraria quaerenda ab iis, qui vetera ſcire cupiunt: id enim in Veteribus quaerent Hiſtoriae Eccleſiaſticae Scriptoribus, & invenient Didymum Coecum adeo valuiſſe ingenii vi, ut nullo uſus fuerit Praeceptore, ut noſcitur ex Rufino, & Palladio a me allatis *n. I. & XXV.* Adeo inconſiderate confectus eſt Articulus ille V. Gallicae Ephemeridis Litterariae.

2. Illud potius aegre ferent Eruditi Viri, ipſam, quae ibi deſcribitur noſtri temporis Hiſtoriam Litterariam mendoſe, & indiligenter eſſe concinnatam. Hic certe Ioannes Aloyſius frater meus mecum permiſcetur; & quae aut unus aut alter geſſerit, confunduntur. Legitur enim *ibid. pag.* 238. „ Les ſavans déſeſpéroient de le voir jamais reparoître „ (l'Ouvrage de Didyme ſur la Trinité). Le Pere Louis Mingarelli, „ Chanoine Régulier, pretend l'avoir découvert dans une Bibliothe- „ que d'Italie. Le Pere Ferdinand, ſon frere, entreprend de prouver „ dans l'Ouvrage, que nous annonçons, qu'on ne doit former aucun „ doute ſur cette découverte . . . . . Le Pere Mingarelli, pour juſtifier „ le jugement de Saint Jerôme (dixit Hieronymus de Didymo: *imperitus ſermone eſt*) a extrait des trois Livres quatre-vingt mots, qui en „ effet ne ſe reſſentent nullement de la pureté de la Langue Grecque. „ Nunquam profecto Aloyſius frater meus ſcripſit, a ſe inventos Tres Didymi Libros de Trinitate. Monſtravit quidem Eruditis Viris *un'Opera inedita d' un antico Teologo*, & Auctoris indicia praebuit; ſed quinam is eſſet, aut eſſe cenſeret, non declaravit. Immo & Codicis integri, mutilum enim nactus erat, & Auctoris nomen ſua ad Archintum, Praeſulem ampliſſimum Epiſtola ab aliis poſtulavit. Ego autem in meis de Didymo Alexandrino Coeco Animadverſionibus, hunc eſſe, qui a fratre meo quaerebatur, Auctorem, oſtendere conatus ſum. Qua in re an Aloyſius frater in meam venerit ſententiam, perſpicue nondum noſſe potui. Neque vero confeci ego ſyllabum earum vocum, quae minus obviae ſint; ſed meus frater *pag.* 86: inde autem ego, non ille, de Didymo conjeci. Verum hoc mea certe nihil intereſt; tantumdem, arbitror, Aloyſii fratris.

3. Id quo commoveor, ſunt ſcrupuli quidam, quos qui protulit, in

in dubium revocari vellet, an revera Didymus Coecus cenſeri poſſit Auctor ejus Operis, quod ego eidem antea aſſerueram. En porro ſcrupuli.

„ Malgré *pag.* 239. les recherches & les efforts du Pere Mingarelli, nous oſons douter que ces trois Livres ſoient véritablement „ de Didyme; & voici nos raiſons. Premierement Socrate, cité par „ le Pere Mingarelli lui-même, appelle cet Auteur *éloquent*, ἐλλόγιμον. „ Mais ſi ces trois Livres abondent en barbariſmes, en expreſſions vi„ cieuſes, en tournures embarraſsées, obſcures & bizarres, il s'en„ ſuit ou que Socrate & d'après lui le Pere Mingarelli ſe trompent, ou „ que ces Livres ne ſont pas de Didyme. Ajoutons ici que le mots, „ dont l'Auteur des trois Livres ſe ſert n'appartiennent point au ſtyle „ du IV. ſiecle; mais bien à cette *Scholaſtique*, qui ne fut inventée que „ pluſieurs ſiecles après. Par exemple, Dieu y eſt appellé ἀμέγεθης, „ καὶ ἀνείδεος, *ſans grandeur & ſans forme*. N'eſt-ce pas là une „ phraſe de Pierre Lombard, ou de quelqu'autre Théologien de ſon „ temps? Le mots ἀνεθελησία, pour déſigner *la non volonté* n'eſt-il „ pas encore un de ceux que les Scholaſtiques des ſiecles obſcurs & „ barbares ont imaginés? Vainement le Pere Mingarelli nous rappelle „ que M. Baſnage (*Antiqu. Lection. Tom.* 1.) reproche à Didyme d'avoir „ mis trop de ſubtilité dans ſes Ecrits. La *ſubtilité* quelqu'extrême „ qu'elle ſoit, ne ſauroit juſtifier un ſtyle tiſſu de phraſes inuſitées & „ abſolument eloignées du génie & du caractere de la Langue Grecque.

„ Il y a plus: Socrate rapporte que Didyme étoit verſé dans *toute* „ *ſorte de Doctrine*, ἐν πάσῃ παιδεύσει; & l'Auteur de trois Livres „ découverts par le Pere Mingarelli n'a pas même les élémens de la „ Géographie; il place le mont Golgotha au milieu du Globe, il en „ fait le *centre de la terre* κέντρον τῆς γῆς. Nous ne diſſimulerons pas „ que nous ſommes très-portés à ſoupçonner que ce Manuſcrit eſt de „ quelque Moine du moyen âge. En effet, l'Auteur du traité dont il „ s'agit ici, Traité qui roule ſur les objets les plus reſpectables, & les „ plus ſacrés, cite a tout propos Mercure Triſmegiſte, Orphée, Pindare, „ Sophocle, les deux Platons le Comedien & le Philoſophe, Ariſtote &c. „ Sont-ce là les procédés d'un Pere de l'Egliſe du quatrieme ſiecle, qui „ entreprend de combattre les Hérétiques? d'un Théologien, qui ſe

„ propoſe de vanger les Myſteres auguſtes de la Religion? d'un Saint
„ perſonnage uniquement occupé des vérités revélées? Quelques Peres
„ à la vérité, ont étalé dans leurs Ouvrages une érudition purement pro-
„ fane; mais quand ils ont parlé de la Divinité de J.C. ils n'ont employé
„ d'autres armes que celles que leurs fournoiſſoit la Religion même.

Quoniam ergo plurimi ſunt hominum πρόδοξοι, propterea ne quis alius ab iiſdem ſtimulari, & pungi debeat, hi nunc mihi ſcrupuli convellendi: quo nihil ſane facilius. Percommodum tamen iſtud mihi accidit, ut ad Te ſcribam, qui & Theologicis diſciplinis optime imbutus es, & Graecam calles linguam: ob haec enim duo perpaucis verbis, ut rem conficiam, indigebo.

4. Scrupulus itaque e Socratis voce ἐλλόγιμος ortus ita facile convellitur, ut mirum ſit, cuiquam in mentem venire potuiſſe. Quamvis enim apud Graecos latius pateat ἐλλόγιμος, ut Tute noſti MI SMITMER; adhuc tamen ejus notio ab *eloquentia* petita, quam Valeſius ibi ſequutus eſt, & a qua non ego utique abhorreo, perſuadere numquam poterit Didymum, utpote ἐλλόγιμον, eſſe non poſſe Auctorem Librorum de Trinitate, quos ego eidem aſſerui. Erat profecto Didymus meus ἐλλόγιμος per Socratem *Num m XXVII.* At erat etiam per Hieronymum *Num. m. XXIII. imperitus ſermone, ſed non ſcientia; Apoſtolicum virum exprimens tam ſenſuum lumine, quam ſimplicitate verborum.* Eloquentia ſcilicet Patrum Eccleſiae ſententiis rebuſque continetur non verbis, nec ullum ſequitur orationis florem, verborumve delectum, & fucum. Quamobrem Hieronymus ipſe *Num.m.IV.* Sancti Didymi pauca tranſtulit volens *ex parte oſtendere quid graeca doctrina retineret*. Didymi certe Librum de Sp.S. quamvis ſermonis peritia caruerit, ſententiarum tamen acumine, rerumque gravitate diſertiſſimum eſſe qui neget, is luci fumum ſubſtituere non veretur. An igitur Anonymus ille, cujus Tres de Trinitate Libros Eruditis Viris monſtravit Aloyſius frater ſua ad Archintum Epiſtola, ἀνελλόγιμος putandus eſt, quod plures habeat voces *o particolari, o uſate almeno da lui in ſenſo particolare*? (Frater meus pag. 85.). An vero ob *varia loca ita conſtructa, ut non niſi aegre eorum vis dignoſcatur* (ego Animadv. IV. pag. 53.) ineloquens Anonymus idem pronuntiandus eſt, quamvis omni ubique culpa vacare pute-

putemus Amanuenſem? Inſpice, moroſiſſime Cenſor, id Anonymi ſui ſpecimen, quod meus Frater exhibuit *pag.* 38. & inficiare, ſi potes, diſertiſſimum eſſe, qui ea ſcripſerit: aut illud omnium primus decerne, quaslibet Graecae Linguae voces, earumque notiones a Lexicographis hactenus ſubactas fuiſſe; barbarumque omnino judicandum eſſe, qui vocabulis nondum cognitis utatur.

5. Longe minus vero apud ſapientem & eruditum Theologum poterit ſcrupulus alter, e vocibus ἀμεγέθης, καὶ ἀνείδεος, atque ἀνεθελησία deductus. Quam ſtupidos enim putemus neceſſe eſt ſapientiſſimos Eccleſiae Patres, ſi hujuſmodi notionibus eorum Theologia caruit! Inopes certe Veteres Theologi fuerint, oportet, ſi temporibus Petri Lombardi haec reſervata ſunt. At arbitror equidem cuilibet, qui hiſce Theologiae fontibus ſitim ſuam expleverit, perſuaſum plane eſſe debere, Eccleſiae Patres nulla caruiſſe ontologica notione, quae cum altiſſimis Fidei noſtrae myſteriis vere conſociata eſſet. Quamobrem Dionyſius Areopagita *Miſt. Theol. c.* 3. ad diſſerendum proponit: τίνες αἱ καταφατικαὶ Θεολογίαι, τίνες αἱ ἀποφατικαί· *quae ſint affirmantes de Deo locutiones, quae negantes*; tum vero *cap.* 4. incipit. Λέγομεν οὖν, ὡς ἡ πάντων αἰτία καὶ ὑπὲρ πάντα οὖσα, οὔτε ἀνούσιός ἐστιν, οὔτε ἄζωος, οὔτε ἄλογος, οὔτε ἄνους, οὐδὲ σῶμά ἐστιν. οὔτε σχῆμα, οὔτε εἶδος, οὔτε ποιότητα, ἢ ποσότητα, ἢ ὄγκον ἔχει κ. λ. *Dicimus ergo cauſam omnium, & quae ſupra omnia eſt nec eſſentiae, nec vitae, neque rationis, nec mentis expertem eſſe; neque figuram, neque formam, neque qualitatem, aut molem habere &c.* Theodoritus etiam Θεραπ. Serm. 2. περὶ ἀρχῆς Tom. IV. pag 502. inquit. καὶ ἄλλοις δὲ παμπόλλοις ὀνόμασι κεχρημένοι τὴν θείαν φύσιν ἀνυμνοῦμεν, οὐ μόνον δὲ αὐτὴν ἀπὸ τῶν προσόντων ὀνομάζομεν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν μὴ προσόντων προσαγορεύομεν· ἄναρχον γὰρ, καὶ ἄφθαρτον, καὶ ἀθάνατον, καὶ ἄπειρον, καὶ ἀνώλεθρον, ἀόρατόν τε, καὶ ἀνείδεον, καὶ ἀσχημάτιστον, ἀπερίγραφόν τε, καὶ ἀπερίληπτον, καὶ ἀνέφικτον καλοῦμεν, ἀπό γε τῶν μὴ προσόντων τὰς προσηγορίας τιθέντες. ἐπεὶ δὲ γὰρ ὁρατὸς οὗτος οὐκ ἔστιν, ἀόρατος ὀνομάζεται, καὶ ἀθάνατος. καὶ ὡς ὑπερβαλλων τοῦ νοῦ τὴν φαντασίαν, ἀνέφικτος δὴ καλεῖται. καὶ αὖ πάλιν ἄπειρος, ὡς οὔτε ἀρχὴν, οὔτε τέλος ἔχων. *Plurimis ad haec aliis nominibus divinam laudamus naturam; eamque non ab iis ſolum rebus,*

 quae

quae illi inſunt, ſed ab iis etiam, quae non inſunt, nominamus. Nam & principio carentem, & incorruptibilem, & immortalem, & infinitam, & impaſſibilem, & inviſibilem, & formae & figurae expertem, & incircumſcriptam, & incomprehenſibilem, & inacceſſam vocamus; nomenclaturas hujuſmodi ab rebus imponentes, quibus divina caret natura: quia enim videri non poteſt, inviſibilis appellatur, & inaſpectabilis: & quod animi phantaſiam tranſcendat, inacceſſa vocatur: & infinita, ut quae neque finem habet, neque principium. Similia vero etiam apud Baſilium Caeſaraeenſem *L.* 1. *adv. Eunom. p.m.* 19; Chryſoſtomum *Tom.m VI. Hom.* 32; atque NicephorumConſtantinopolit. in Actis Epheſinae Synodi *pag* 307. Non eſt igitur haec Theologia coaeva Magiſtro Sententiarum; verum eam a Patribus haereditario jure accepimus.

6. Sed jam de ſingulis vocibus, quae ſcrupulum genuerunt, aliquid dicamus. Deus ergo inprimis ἀμεγέθης dictus, Didymo Coeco σύγχρονος agnoſcendus eſt. Etenim Heſychio Presbytero, qui haud multis poſt Didymum annis obiit, dicitur ἀπειρομεγέθης Θεός. *Cent. I. num.* 90. Eamdem porro vim ineſſe conjicio & τοῦ ἀπειρομεγέθους, & τοῦ ἀμεγέθους: ſiquidem ἀπειρομεγέθης duo tandem ſignificare poteſt, nempe vel *infinitae magnitudinis*, vel *expertem magnitudinis*. Trinitas a Nicephoro Conſtantinopolit. citato dicitur ζωὰς ... ἀπειράγαθος, *infinities* certe *bona*, non *expers bonitatis*; eaque notio Theodoriti verbis nuper allatis valde conſentanea eſt. Et Dionyſius Areopagita *Celeſt. Hierarch. cap.* 14. Deum dicit ἀπειρόγνωστον σοφοποιΐαν: & *Div. Nom. cap.* 8. §. 3. eidem dicitur: ἡ ἀπειροδύναμος τοῦ Θεοῦ διάδοσις. Contra vero Cyrillo Alexandrino in Iſa. 15. ἀπειρόζυγος δάμαλις eſt *jugi expers juvenca*; & *Hom V. Paſchali* ἄγονος & ἀπειρότοκος eſt Sara *infecunda, ac ſine liberis*; & ſic porro alia hujus generis plurima. Nunc vero & ἀμεγέθης ſimilia menti meae exhibet, nimirum & quod nullam omnino habeat magnitudinem, veluti punctum Mathematicum, & quod incircumſcriptam habeat, ac propterea infinitam, ſi de Deo ratiocinamur; magnitudinem enim finitae rei affectionem eſſe intelligimus, quae limitibus definitis, quorum alii aliis ampliores, arctioreſve comparatione percipiuntur, concluditur; *non magnitudinem* autem vel puncti, vel incircumſcriptae ſubſtantiae, quae cum nulla alia majori vel minori conferri

ferri poteſt: neque enim, ut docet idem Anonymus in Epiſtola Aloyſii fratris *pag.* 88. *num.* 29. excogitari in Deo poteſt μείωσις ἢ ἀποπεράτωσις *imminutio* ſcilicet *aut limitum dilatatio*, ſi quidem recte mentem ejus aſſequutus ſum. Scite etiam inquit Dionyſius Areopagita *Div. nom c* 9. §. 2. μέγας ὁ Θεὸς ὀνομάζεται, κατὰ τὸ ἰδίως αὐτοῦ μέγα, τὸ πᾶσι τοῖς μεγάλοις ἑαυτοῦ μεταδιδοῦν, καὶ παντὸς μεγέθους ἔξωθεν ὑπερχεόμενον καὶ ὑπερεκτεινόμενον, πάντα τόπον περιέχον, πάντα ἀριθμὸν ὑπερβάλλον, πᾶσαν ἀπειρίαν διαβαῖνον . . . . τὸ μέγεθος τοῦτο καὶ ἄπειρόν ἐστι, καὶ ἄποσον, καὶ ἀνάριθμον. Magnus *appellatur* Deus *ſecundum ſibi propriam magnitudinem, quae magnis omnibus de ſe communicat, & omni magnitudini extrinſecus ſuperfunditur, & ſupra-expanditur, locum omnem complectens, omnem tranſiens infinitatem...... haec magnitudo & infinita eſt, & quantitatis, & numeri expers. Et ibid. cap.* I. §. I. *pag.m.* 438. dixerat: ὥσπερ γὰρ ἄληπτα καὶ ἀθεώρητα τοῖς αἰσθητοῖς ἐστι τὰ νοητά, καὶ τοῖς ἐν πλάσει καὶ τύπῳ τὰ ἁπλᾶ καὶ ἀτύπωτα, τοῖς τε κατὰ σωμάτων σχήματα μεμορφωμένοις ἡ τῶν ἀσωμάτων ἀναφὴς καὶ ἀσχημάτιστος ἀμορφία· κατὰ τὸν αὐτὸν τῆς ἀληθείας λόγον, ὑπέρκειται τῶν οὐσιῶν ἡ ὑπερούσιος ἀοριστία· καὶ τῶν νοῶν, ἡ ὑπὲρ νοῦν ἑνότης. *Sicut enim ea, quae ſub intelligentiam cadunt, per ea, quae ſub ſenſum cadunt comprehendere & comtemplari non poſſumus; neque per ea, quae typis & ſignis informantur, ea, quae ſimplicia ſunt, & typis non ſignantur; neque per figuras corporum incorporea, quae neque ſenſum tactus ſubire, neque figuram & formam capere poſſunt: ita plane ſupra ſubſtantias eſt illa ſupra-ſubſtantialis Infinitas, & ſupra mentes illa ſupra mentem Vnitas*. Ac tandem, ne multus ſim, Gregorius Nazianzenus *Orat.* 43. *pag m.* 698. Deum dicit φῶς . . . . οὐ μετρούμενον, *lumen interminatum*. Non eſt igitur cur a voce ἀμεγέθης abhorreamus tamquam poſteriorum temporum, non vetuſtiorum Theologiae conſentaneam. Immo hinc videat ſcrupulorum Auctor, quae fuerit Graeca, eaque Didymo meo longe vetuſtior περὶ τοῦ ἀμεγέθους Θεοῦ Theologia. Quam multa Recentiores Scriptores a ſe excogitata exiſtimant, quae Veteres noviſſe comperimus? Iamdiu, ne multa afferam praeterea, ab Eccleſia canitur *Rerum Deus tenax vigor*; ad hoc autem noſcendum qui recenti memoria ſe perveniſſe gloriati ſunt, quantis intellectus laboribus laſſati

Digitized by Google

fuerunt! De voce tandem, ut aliquid dicam, eam protulerat Henricus Stephanus 2. 836.*g.* ſed ſine exemplo. Itaque hoc jam non carebimus.

7. De ἀνάδιος autem non eſt, cur multa dicam; cum aliqua attigerim *Animadv IV. pag.* 73. *num. & not.* 7; cumque Theodorito etiam nuper allato *Divina Natura* dicta ſit ἀνάδιος; & Dionyſio Areopagitae *neque figuram, neque formam, neque qualitatem, neque quantitatem, aut molem habens*. Siquidem, ut dicebam, cum definita magnitudine, ſeu diffuſione, quamcumque demum tibi finxeris, careat Deus, idcirco a creata *natura hoc capi non poteſt aut ſuſtineri*, ut inquit Anonymus. *cit. Animadv. pag.* 74. Unde & dicit; Angeli *vident, non quantus & qualis eſt Deus, ſed quantum ipſi capaces ſunt. Vnigenitus autem, & Spiritus Sanctus ob identitatem Deitatis, vident ita uti eſt carens quantitate, & forma Deus*: poſtrema qua de re & Cyrillus Alexandrinus *Dial.* 3. *de Trin.* inquit. αἱ τρεῖς ὑποστάσεις ἐν τῇ ἁγίᾳ Τριάδι σύμμορφοι, καὶ ταυτοειδεῖς ἀλλήλαις. Sunt enim altera alterius *imago & figura*, ut habemus *Hebr.* 1. Igitur exceptis Divinis invicem Perſonis Deus, uti eſt ἀμεγέθης aut ἀπειρομεγέθης, ita eſt ἀνείδεος.

8. Aſt ob longe aliam rationem & originem ſuſpicor ab eodem Anonymo Verbum φῶς ἀγαθοειδὲς dici potuiſſe. *Frater meus pag.* 81. 1. Nimirum arbitror haec verba innuere poſſe, Divinum Verbum, quod eſt *Lux vera, quae illuminat omnem hominem*, producere etiam in nobis veluti *bonum ardorem*, ſeu *charitatem*. Heſychius enim εἶδος explicat etiam καῦμα, & affert εἴδεος ἐνδίοιο, pro καύματος μεσημβρινοῦ, ut adnotavit Henricus Stephanus *Append. Theſ.* 814. *a*. Affert hic quidem *ib.* 1. 12. *c* ἀγαθοειδὴς, & nullo producto exemplo explicat *boni formam habens*: verum notio a me propoſita Anonymi ſcopo fortaſſe non repugnabit. Quod ſi cui magis Henrici Stephani expoſitio lubuerit, tunc advertendum, novam nunc non accidere eam vocem. Corderius in Onomaſtico Dionyſii Areopagitae ait, Dionyſium *Div. Nom. cap.* 3. dixiſſe Angelos ἀγαθοειδεῖς, ſed ibi aliud nihil videre potui, quam §. 3. *pag.* 540. ἑτέροις ἀγαθοειδῶς μεταδιδόναι, *aliis benigne communicare*, ſeu *bonorum in morem*, aut ſimile quidpiam. Reperi quidem *ibid. cap.* 4. §. 2. *pag.* 552. ἐκ τῆς πηγαίας ἀγαθότητος, καὶ τὸ ἀγαθοειδὲς αὐταῖς (ὑπερκοσμίοις τάξεσιν) ἐδωρήθη. *ex Bonitatis fonte* (ordinibus celeſtibus) *bonitatis*

forma

forma data eſt. Et *pag*. 553. etiam hominum animas τῆς τοῦ ἀγαθοειδοῦς δωρεᾶς μετέχειν. Itaque juxta hanc notionem, Divinum Verbum propterea dictum eſſet φῶς ἀγαθοειδὲς, quia cum ſit *ſplendor Patris, & figura ſubſtantiae ejus* (*Hebr*. 1.) eſt etiam *Lux*, quae eſt *Imago Bonitatis*: ſiquidem φῶς νοητὸν ὁ ἀγαθὸς λέγεται, *qui Bonus eſt, dicitur Lux intelligibilis*, ut ait Dionyſius Areopagita *Div. Nom c*. 4. §. 5.

9. Demum & de voce ἀνεθελησία nonnihil adnotabo. Quam inſcite autem Cenſori meo excidit, ut diceret vocabulum hujuſmodi vel ipſum ex iis eſſe, quae Scholaſtici barbari obſcurique Aevi excogitarunt! Cyrillus profecto Alexandrinus, quem a Didymi Alexandrini Coeci obitu annis plus minus XVI. ejuſdem Vrbis Epiſcopum delectum fuiſſe novimus, & τῆς ἀνεθελησίας & τῆς ἀβουλησίας vocabulis perſaepe uſus eſt. Dialogo II. de Trinitate *Opp. T*. 5. *p*. 455. interrogat Orthodoxus, an intelligatur Δημιουργὸς καὶ Βασιλεὺς φιλοικτίρμων τε καὶ ἀγαθὸς ἀνεθελήτως, ἢ θελητῶς, *Creator & Rex miſericors quidem & bonus involuntarie, an voluntarie*; tum vero ſubdit: εἰ ἀνεθελήτως ἐροῦσι, πεπονθέναι δώσουσι τὴν ἈΝΕΘΕΛΗΣΙ'ΑΝ αὐτὸν, τὸ ὡς ἐξ ἀνάγκης πάθος. *Si dicent involuntarie, fatebuntur veluti neceſſitate quadam accidiſſe ei* NOLUNTATEM. Rurſum quaerentibus ibi Arianis, *genuerit ne Pater filium volens, an nolens*? reſpondet: τῶν πρακτέων ἢ μὴ, θέλησίς τε καὶ ἀνεθελησία κρατεῖ, γεννήσεως δὲ οὐκ ἔτι. τοῖς δὲ τὸ ἀνθ' ὅτου λέγουσιν, ἔν γε τουτοισὶ σοφοὶ ὑπειπεῖν τὸ πᾶσιν ὑμνούμενον. „ Ἡ φύσις ἐβούλετο, ᾗ νόμων οὐδὲν μέλει. „ Προσθείην δ' ἂν, ὅτι βουλῆς καὶ ἀβουλησίας οὐδ' ὁπωστιοῦν ἐμπάζεται. i. e. *In rebus agendis vel non, voluntas quidem aut noluntas imperat; in generatione vero non item: rationem autem quaerentibus, ſapienter in his illud ſubjeceris, quod quidam canunt*: Natura voluit, cui leges curae non ſunt. *Addiderim autem, quia voluntatis, & noluntatis nullam plane rationem habet*. Et in Theſauro *Aſſer*. 7. inquit: τὰ ἐκ φύσεως προϊόντα οὔτε βούλησιν, οὔτε ἀβουλησίαν ἐπιδέχεται· ἐπὶ δὲ τῶν ἔξωθεν, καὶ ὧν ἐσμὲν ἐν ἐξουσίᾳ βούλησις καὶ ἀβουλησία κρατεῖ. i. e. *quae ex natura prodeunt, neque voluntatem, neque noluntatem admitsunt: in rebus vero externis, & quae in noſtra ſunt poteſtate, voluntas & noluntas imperat*. His profecto Cyrilli Alexandrini verbis quid luculentius ad Cenſorem meum revincendum? Et quamquam Th.

Digitized by Google

Gatakerus *Adverſ. Miſcell. poſthum. c. 8. p. m. 492.* ἀβουλίαν, vel ἀβουλευτίαν, non ἀβουλησίαν legendum putet; hoc profecto meum Cenſorem juvare non poteſt, qui de ἀνεθελησίας & notione & voce ſcrupulum movet, quam Gatakerus ibi lubens admittit. Sed neque deſperata haec cauſſa juvari poteſt auctoritate Photii, qui in Cyrilli ſtylo pluries notat οἰκειόν τι, & *Cod.* 49. de ipſo ait: ὁ δὲ λόγος αὐτῷ πεποιημένος καὶ εἰς ἰδιάζουσαν ἰδέαν ἐκβεβιασμένος, ἐ͂ οἷον λελυμένη καὶ τὸ μέτρον ὑπερορῶσα ποίησις. *Sermo illi factus & ad propriam dicendi rationem contortus, ac veluti ſoluta & menſuram negligens poeſis.* At verum hoc ſane fuerit de Cyrillo; atque etiam de pleriſque Scriptoribus Alexandrinis, ut quidam arbitrantur: quoad Didymum certe haud ſemel adnotatum eſt, eumdem *imperitum ſermone eſſe*.

10. Quamquam, ut verum fatear, graecam linguam, hujuſmodi ſane rerum locupletiſſimam, τῆς ἀνεθελησίας vocabulo haud ineleganter *flando feriundo* impotem fuiſſe, numquam putaverim: quin cenſeo vocabulum ἀνεθελησία abs linguae ejus graecae indole & proprietate, qua Graeci Patres uſi ſunt, haud longius re ipſa abeſſe; atque ab ingenio & ſubtilitate Graecorum Patrum ne hilum quidem, alienum. Certe idem Cyrillus Alexandrinus τὴν συνεθέλησιν καὶ ταυτοβουλίαν condere minime dubitavit, ut declararet *identitatem* voluntatis Filii & Patris Divini. Inquit ipſe *Lib. IV. Cap. 5. in Io. VII. v. 17. pag. 414.* τίθησι τὸ, ἀπ' ἐμαυτοῦ, ἀντὶ τοῦ ἰδιαζόντως καὶ ἀποκεκομμένως κατὰ τὸ παντελὲς τοῦ κατὰ τὴν συνεθέλησιν, καὶ ταυτοβουλίαν τοῦ Πατρός. *Ponit iſtud* a me ipſo *pro peculiariter & proprie omnino juxta convoluntatem, & identitatem voluntatis Patris.* Unde & *Lib. II. in Io. VIII. pag. 239.* Filium vocabulo novo dicit συνεθελητὴν τοῦ φρονήσαντι, & *Lib. X. in Io. XIV. pag. 828.* συνεθελητὴν τοῦ ἰδίου γεννήτορι. *Convolentem*, ut ita dicam, *Patri*. Illud itaque caute admodum dicendum hujuſmodi vocabulis & notionibus, quae videntur Scholaſticorum, Veteres Graecos Patres caruiſſe; & paullo recentioris officinae opus judicanda eſſe ea ſcripta, in quibus ſimilia occurrant. Profecto Dionyſius Areopagita & ἀμεθεξίαν dixit (*Div. Nom. c. 2. §. 5.*) & ὁλότητα (*ib. §. 10.*) & ὀντότητα (*ib. c. 5. §. 4.*), & ἀνυπαρξίαν (*Cel. Hier. c. 3 P. 3. §. 11.*) & ἐνότητα (*ib. c. 1. § 2.*): *imparticipationem, totalitatem; entitatem, intimitatem, annihilationem* Scholaſtici dixiſſent; aliaque hujuſ-

hujuſce generis plura. Ita etiam ἡ ταυτότης *identitas* in laudato Cyrillo, aliiſque haud raro reperitur; & ἑνότης *unitas* frequenter; & υἱότης *filietas* frequentiſſime. Et ſic porro alia plurima ne nimius ſim. Immo poſtrema hac voce & Didymum Coecum in Libro de Sp.S. uſum fuiſſe, ubi Hieronymus *filietatem* vertit, facillime quiſque fatebitur. (*vid. Animadv. IV. p. 64. n. 4.*) Quamobrem longe moroſior, quam eſſe decuit, meus noſcitur Cenſor, dum dubitavit, an DIDYMUS VIDENS de τῆς ἀντιθελησίας & notione, & voce cogitare potuerit. Numquam certe ex una incognitae mihi aetatis voce definiiſſem, aut ſuſpicatus eſſem, Scriptorem illum ad Scholaſticorum tempora pertinere debere, qui in reliquis omnibus ſolidam Theologiam, qualem in Anonymo, ſeu Didymo meo obſervamus, perſequutus ſit. Qui enim Scholaſtici otio & ingenii vi intemperantius abuſi ſunt, de ſolida doctrina exponenda parum ſolliciti, laxatis intellectui habenis in futiles inaneſque ſubtilitates, & quaeſtiones declinarunt, quae idcirco in deſuetudinem tandem abierunt: quemadmodum ſane plura Mathematicorum ingenia, praetergreſſa illas ſpeculationes, quae aut ad naturae inveſtigationem, aut ad humanarum artium utilitatem conducerent, inutilem quamdam, inanem, & ſcholaſticam, ſic enim dicam, Matheſin coluerunt, atque amplificarunt, in oblivionem propterea & ipſam aliquando ſine ullo detrimento abituram, *ſi volet uſus, quem penes arbitrium eſt, & jus & norma loquendi. Loquendi* autem? immo omnium quoque humanarum artium & diſciplinarum. Id certe qui ab hiſce humani intellectus praeſtigiis liberati ſunt, vehementer quidem exoptant, ut e ſublimioribus ingeniis fructum aliquem hominum ſocietas percipiat.

II. Sed & Latinorum Scriptorum plures comperimus, qui haud abſimilem vocem condere veriti non ſunt. Tertullianus *Lib. I. adv. Marc. cap. 25. nolentiam* dixit: & *Apolog. cap. 45.* alio ſenſu ait: *ex involuntate ſeu neceſſitate delinquens*. Salvianus quoque *de Gubernatione Dei Lib. 7.* inquit: *etſi involentia non carent, malevolentia carent*. Paulus vero Merula, qui Annalium Ennii fragmenta collegit, & Commentario illuſtravit, in Librum XVI. tranſfert iſtud ex Calpurnio Piſone.

„ Vim tua noluntas facit imperioſa vetando;

tumque *pag. 565. edit. Lugd. Bat. 1695.* gloriatur ſe eam vocem poſtliminio revocaſſe. Addit. *Uſus ea videtur Auguſtinus Civ. D. Lib. 14.*

cap.6. Itaque cum diſſentimus ab eo, quod accidere nolumus, talis noluntas metus eſt: cum autem diſſentimus ab eo, quod nolentibus accidit, talis noluntas triſtitia eſt. Cur id ei viſum fuerit, prorſus ignoro, cum nullam aut viderim, aut ipſe afferat editionem, Codicemve, in quo legatur *noluntas*. Voſſio *de Vit. ſerm. Lib. 3. cap 29.* haec *noluntas* ſuſpecta eſt. At ea voce uſum fuiſſe Ennium dubitandum mihi non videtur, etſi e codice Piſonis, ut fatetur Merula, manifeſtum omnino non eſſet, magis litteram *n*, quam *u* ſcriptam fuiſſe: Carminis enim ratio poſtulat, ut *noluntas* legatur, eamque ſenſus valde amat. Auguſtinum pariter ibi ea voce facile uti potuiſſe perſuaſum eſt mihi tum ex ejuſdem mente, tum quia etiam memini jamdiu me alio ipſius teſtimonio uſum meis in Praelectionibus, in quo *noluntas* habetur; licet idem nunc reperire nequiverim, cum eodem iterum indigeo. Calepinus denique tum Chifletii, tum Paſſeratii *Noluntatem* ex Lucilio affert.

12. Hiſce adnotatis, ſcrupulorum Auctorem ita perſtringere fas eſt. Divus ergo Cyrillus Alexandrinus e Graecis (ut omittam quos de *ἀμεγέθους καὶ ἀναιδοῦς Θεοῦ* § 6. & 7. attuli, & afferri adhuc potuiſſent) e Latinis vero & Ennius, & Lucilius, & Tertullianus, & D. Auguſtinus, Salianuſque Presbyter Maſſilienſis *obſcuris & barbaris* Scholaſticorum temporibus floruerunt; neque eis amplius tribuenda veneranda illa antiquitas, quam antea putavimus; inſipienteſque hactenus Eruditi Viri, qui ex *ἀνεθελησίας, ἀβουλησίας*, *noluntate*, *nolentia*, *involuntate*, *involentia* non didicerunt ad Scholaſticorum tempeſtatem eos homines revera pertinuiſſe. Sed illud hic peccavit ſcrupulorum Auctor, quia ex critices regulis oſtendere prius debuit, quo aevo cuſa fuerit ἡ ἀνεθελησία. Si enim alibi ea vox non reperiretur, quam apud Anonymum, qui mihi Didymus Coecus eſt; profecto non ex ἀνεθελησίας, ignotae aetatis voce definiendum fuiſſet aevum Auctoris trium Librorum de Trinitate, quem meus quaeſivit frater; ſed magis ex ejuſdem Auctoris aetate, determinanda fuiſſet aetas τῆς ἀνεθελησίας. Itaque cum omnia indicia Didymum Coecum commoſtrarint mihi; Aloyſio autem fratri *pag* 134. Saeculi *V.* ineuntis Scriptorem; dixerim juſtius τὴν ἀνεθελησίαν eidem Didymo eſſe coaevam; aut jam initio Saeculi V. adhibitam. Ac de his ſatis.

13. Quoniam vero in id adductus fui, ut de quibuſdam vocibus & dicen-

dicendi rationibus ab Anonymo , ſeu Didymo meo uſurpatis verba facerem ; non Te pigeat MI SMITMER , nunc me aliquantulum digredi , & ediſſerere quaſdam alias voces , de quibus Aloyſius frater *pag.*86. aliorum deſideravit judicium . En autem ſymbola , quam ego contuli .

a. Ἀγήγειν . Affert hoc frater meus *pag.*86. *num.*2. Hic autem nihil niſi conjiciendo aſſequi poſſum . An igitur dicam Amanuenſis calamum tantillulum excurriſſe; ac propterea viſum poſtea ἀγήγειν pro ἀνήγειν; Hoc multam veri ſimilitudinem mihi videtur habere.

b. Ἄδεκτα τοῦ θείου προφέρουσι ῥήματα . *ibid num.* 5. Sunt haec fortaſſe verba dicta de aliquibus haereticis , qui *non admiſſa* τοῦ θείου λογίου *Divini eloquii verba proferebant* . Hoc ſi verum fuerit , & conſtiterit , de quibus dictum illud ſit ; ſciemus , quinam haeretici S Scripturas adulterare conſueverint , aut apocryphas proferre .

c. Ἀεικίνητος dicitur Deus ab Anonymo eodem *ibid. num 6.* Qui autem dici poſſit Deus ἀεικίνητος , quaerit ibi Aloyſius frater . Aſt id equidem percipere mihi videor . Scilicet illud Platonis τὸ αὐτὸ κινοῦν , reddidit Cicero *Tuſc* 1. *quod ſeipſum movet* : illud vero , Platonicum pariter τὸ ἀεικίνητον , ἀθάνατον , vertit idem Tullius , *quod ſemper movetur , id aeternum eſt* , nempe immortale . Hinc porro inferebat Cicero , hominis animum , neque craſſum quid corporeumque eſſe poſſe , nec interire unquam : animus enim hominis ſeipſum movet , neque impulſu agitatur externo ; unde neque a motu ceſſare unquam debet , cum a corporis compagibus ſolutus fuerit . Porro Platonicus iſte animi motus aliud nihil eſt , quam percipiendi vis , quae animo ineſt , quamque a corporis carcere liberatus perpetuo ſuapte natura exercebit . Cum ergo Deus a cogitatione ceſſare numquam poſſit , rectiſſime , ac ſcientiſſime dictus mihi Ipſe videtur ἀεικίνητος . Naturalis haec Platonis Theologia multo nobilius Eccleſiaſticis ex fontibus locupletatur . Atque hoc eo lubentius facio , ne Cenſorem meum offendam , ſi ex Platone tantum ac Tullio tam ſublimem ego hauſerim doctrinam . Huc itaque transferas velim SMITMER OPTIME illud Dionyſii Areopagitae , quod nuper attuli §.6. οὔτε ἄζωος , οὔτε ἄλογος , οὔτε ἄνους , *neque vitae , neque rationis , neque mentis expers* Deus eſt . Rurſum *Celeſt Hier. cap.*7. §.2. *p.m.*81. docet idem Dionyſius , primas eſſentias ceteris praecellere , ὡς . . . . . . τῆς

οἰκείας

οἰκείας αὐτοκινήτῳ καὶ ταὐτοκινήτῳ κατὰ τὸ φιλόθεον ἄτρεπτον τάξεως ἀρρεπῶς ἀντεχομένας, *ut ordinis ſui a ſe mobilis propter immutabilem amorem Dei conſtanter tenaces*: quem in locum Scholion S. Maximi *pag.* 89. inquit: κινήσεις δέ εἰσιν ἐπ' αὐτῶν αἱ ἄπαυστοι περὶ τὰς νοήσεις ἐνέργειαι, νόες γάρ εἰσιν ἀσίγητοι. *Motiones autem in ipſis inceſſantes ſunt circa intellectiones, & operationes; mentes enim ſunt ſilere neſciae.* Capite vero 15. § 9. *pag.* 201. ſcribit Dionyſius, Angelos veluti rotas Ezechielis (*cap.* 10.) converti τῇ περὶ τὸ ταὐτὸν ἀγαθὸν ἀκινήτῳ κινήσει; *ſempiterno motu circa ipſam Bonitatem*, quam ſcilicet perpetuo diligunt. Quamobrem ſi primae eſſentiae, & Angeli ſunt αὐτοκίνητοι, ταὐτοκίνητοι, & ἀκίνητοι, tum quia mentes ſunt ἀσίγητοι, tum quia Deum immutabiliter diligunt, ut ait S. Maximus *loc. cit*; profecto ob haec eadem & Deus, qui eſt ἡ ὑπερουσιότης (*Dionyſ. Div. Nom. cap.* 1. §. 1. & 5.) vel ipſe ſuo modo ἀκίνητος dicendus erit, quippe qui intellectionibus numquam carere poſſit, cum ſit φῶς ἀκλαμπὲς *perpetuo fulgore ſplendens* (*Greg Naz. Or.* 43.) & φῶς ἀκλαμπὲς, καὶ ὑπέρφωτον, *ſemper lucens & pluſquam lucidum* (*Niceph. CPolit. Act Ephef Syn. pag.* 307.); cumque Deus ſit *Charitas* (1. *Io.* 4.) ſeque ipſum ὑπερουσίως diligat.

d. Λείπεται ἀδιήγεσθαι τὰ ἀκέν. *ib. n.* 7. Num ἀπὸ τοῦ μὴ διηγεῖσθαι, quemadmodum & ἀδιάμων, & ἀδιήγητος; Aegre certe nunc adduci poſſum, ut exiſtimem id ductum ἀπὸ τοῦ Ἀδίου, ἢ τῆς ἀδιότητος.

e. *Trinitas* ἡ τὰ πάντα μόνη εἰδυῖα καὶ εἰς ἄπειρον καὶ ἐπ' ἄπειρον κατορθοῦσα *pag.* 87. *num.* 10. *Quae ſola omnia novit, feliciterque, & pluſquam infinities recte conſtituit.* Haec ita ſane menti meae nunc obveniantur. Contextus nos certiores facere poterit.

f. Διὰ τὴν ἀνεκλεκτον ἐνανθρώπησιν αὐτοῦ, *ib. n.* 20. Chriſti cohaeredes efficimur, ut ego arbitror, *per valde eximiam Inhumanationem ejus.* Mihi enim videtur omnino α τοῦ ἀνεκλέκτου στερηκὸν minime eſſe, ſed ἐπιτατικόν.

g. *Imperat Spiritus Sanctus* ὡς βασιλεὺς ἥμερον καὶ ἔννομον ἀναμαξάμενος ἡγεμονίαν *p.* 88. *n.* 21. *Ut Rex, qui manſuetum & legitimum capeſſivit imperium*: ἀνάπτομαι enim cenſetur etiam, *capeſſo*.

h. Πᾶσαν ἀπαμφιάνυσιν ἀξιεπαινον παντα δοξολογίαν. *ib. n* 24 Tam pauca verba me praepediunt, ne quid intelligam: an enim concipere debeam ἀπαμφιέννυμι *deſpoliandi* notionem habere, ut ſignificetur, *omnem deſpolia-*

liationem haereticam perſuadendi vim habentem? Verbo certe hoc ita compoſito ἀπαμφιέννυμι hactenus caruimus: igitur ejus vim e contextu noſcemus. Siquid praeter haec dicerem, temere divinarer.

i. Τὸν ἀπειροβόητον Θεόν, *ibid.num.*25. intelligo *Deum, cui ſatis celebrando nullus par eſſe poſſit*. ἀπειροβόητος enim ex Anthologia, & ἀμφιβόητος ab Henrico Stephano allatus exponitur *circumquaque celebratus*. Igitur ἀπειροβόητος Θεὸς erit Deus, quem noſtris laudibus exhaurire veluti nequeamus: quemadmodum τὸ θεῖον ἀπερίληπτον Theodoreti *Quaeſt.* 3. *in Gen.* atque τὸ θεῖον ἀπερίγραφον Clementis Alexandrini *Strom.*5. *pag.*584. eſt *Divinitas incircumſcripta*; & φῶς ἀπερινόητον Theodoti apud Clementem eumdem *pag.*803. eſt *lumen incomprehenſibile*; itemque *Deus* ἀπερινόητος Chryſoſtomi *T.VI Hom* 32: ac demum quemadmodum ἡ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία ἀπεριόριστος in ejuſdem Homilia III. *de poenitentia* eſt *Divinus in homines amor nullo concluſus termino*. Laetor itaque nunc reperiſſe nos etiam τὸν ἀπειροβόητον Θεόν.

k. Spiritus Sanctus συνδημιουργὸς, καὶ ἰσουργὸς τοῦ ὑποστήσαντος αὐτὴν (γῆν) καὶ ἀρχὰς ἀρχιτέκνα Θεοῦ. *pag.*89. *num* 32. *ſimul Creator & aequalis operationis cum eo, qui conſtituit terram cum Principatibus, primis Dei productionibus*: ita enim expono τὰ ἀρχιτέκνα, quemadmodum intelligimus a Chaeremone apud Athenaeum *lib* 13. flores dictos λειμῶνος τέκνα, & ἔαρος τέκνα. Advertendum hic vero, *Principatus* innui primas Dei creaturas. Idem ſenſerat & Dionyſius Areopagita *Celeſt. Hier. cap.*9. ex nomine ἀρχῶν rationem ducens. At Paulus *Col.* 1. 16. prius nominat *Thronos*, & *Dominationes*, tum *Principatus*.

l. Ὁ ἐν τοῖς κινουμένοις ἰδιάζων λόγος. Affert iſtud frater meus *ibid. num.*41. Obſervo autem dictum a D. Epiphanio *de Ponder* § 7. *To.*2. *pag.* 164. *edit. Colon.* 1682. ἔνθα τοίνυν ἡ λέξις εὑρίσκεται παρὰ μὲν τοῖς ἑβδομηκονταδύο κειμένη, ἐν δὲ τοῖς ἑβραϊκοῖς μὴ ἀναφερομένη (al. κειμένην . . . ἀναφερομένην), ἐκ τῆς τοῦ ὀβελοῦ σημειώσεως τοῦ τῇ λέξει παρακειμένου δηλοῦται, ὅτι ἀνῄρηται ὁ λόγος ἀπὸ τοῦ γεννητικοῦ τόπου, ἤτοι τοῦ ἐδάφους τῆς γραφῆς. *Vbicumque ergo reperitur dictio, quae ponitur a LXX, in hebraico autem non habetur, ſigno obeli, qui voci adjicitur, ſignificatur tollendam vocem e loco originali, vel e ſolo Scripturae*. Et Gregorius Nyſſenus *Or.*3. *cont. Eunom.* ait: τούτων δὲ παρ' ἡμῶν ἀποδιο-

ρισθέν-

ῥηθέντων, ὁ φιλόπονος ἀναγνοὺς τῆς Θείας Γραφῆς τὰ ἴχνη, προσαρμοσάτω τοῖς θεωρήμασι τὰ αἰνίγματα. *His a nobis per tranſgreſſum dictis, laboris amans lector Divinae ſcripturae ſtrata, accommodet aenigmata commentationibus*. Ex his ergo, licet Anonymi contextu caream, ſuſpicor propoſita verba pertinere ad aliquem S. Scripturae *textum* ab aliquo *ſollicitatum*.

m. Τὸ ἑνιαῖον τῆς θείας καὶ ἀπληθύντου φύσεως ἴδιον. *pag.*90.*n.*46. *Vnitas Divinae & immultiplicabilis Naturae propria eſt*. Dionyſius Areopagita *Eccleſ. Hier. cap.*6. §.3. *pag m.*386. inquit; τοὺς Μοναχοὺς ὀνομάζοντες ἐκ . . . τῆς ἀμερίστου καὶ ἑνιαίας ζωῆς. *Monachos ab individua & ſingulari vita denominantes*: & §.5. *pag.*389. τὴν μοναχικὴν καὶ ἑνιαίαν ἀναγωγήν. *monaſticum & ſingulare inſtitutum*. Et ſub initium capitis 1. adverbio ejuſdem originis uſus fuerat de Euchariſtia inquiens: ἑνιαίως ἀνηγορεύεται Κοινωνία τε καὶ Σύναξις· *ſingulariter Communio quidem & Synaxis appellatur*.

n. De Chriſto inquit Anonymus: ἦν ὡς ὁ ἄμικτος Θεός *p.*91.*n.*51. Hic mihi haeret aqua. Vtique dicitur ἄς pro ἦ *ſui*. Sed quo ſenſu Chriſtus dici potuit *ſui mixtus Deus*? Contextus forte lucem dabit.

o. Θεοχρίστου φωνὴν dicit Anonymus Aggaei Prophetae teſtimonium, *ibid.num.*52. Huic dicendi rationi vim ineſſe *Eloquii Divinitus inſpirati*, quiſque intelligit: Oracula enim Prophetarum *Divinitus bona ſunt*, quia Deo aſtante prolata. Dionyſius Areopagita, cujus Operibus audiendis Didymum magnopere delectatum eſſe dicendum eſt, *Div.Nom. cap.*3. §.2. *pag.m.*538. dicit ſe Hierothei Librum explanaturum ὥσπερ τινὰ δεύτερα Λόγια, καὶ τῶν θεοχρίστων ἀκόλουθα· *tamquam alteras quaſdam Scripturas, & quae conſequantur Divinitus afflatas*: ita enim interpretor, non cum Corderio, cujus edtione uſus ſum: *alteraſque Scripturas, quae Divinitus afflatorum ſcripta proxime aſſequantur*. Minus vero cum Lanſelio: *quaſi altera Scripta Divina, & iis, qui a Deo uncti ſunt, conſentanea*: licet enim idem undequaque eliciatur; arbitror tamen τῶν θεοχρίστων referendum ad Λόγια. Adverto autem χρίω hic ſumi non debere pro *ungo*; ſed juxta illud Aeſchyli in *Prometheo*, χρίει τις αὖ τάλαιναν οἶστρος, quod H. Stephanus *Theſ.*4.623 exponit: *alio rurſum miſera ſtimulor oeſtro*. Itaque eadem vis agnoſcenda & τῆς θεοχρίστου

φωνῆς.

φωνῆς, & τοῦ θεοχρίστου λογίου niſi ſuſpicemur, a Didymo dictatum θεοχρίστον cum Dionyſio, ab Amanuenſibus autem poſtea ſcriptum θεοχρηστόν.

p. Ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις, καὶ τοῖς εὐκτηρίοις, καὶ μαρτυρίοις, ὡς ἐν ἄλλοις οὐρανοῖς· *ibid pag.* 92. *num.* 63. *In Sanctis Eccleſiis, & Oratoriis, & Martyriis ſicut in aliis Sacellis*. Conjicit *ibidem* Aloyſius frater τοῖς οὐρανοῖς indicari *que' Sacri Edifici, o Tempi, che detti furono* προφητεῖα, ἀποστολεῖα, παρθενῶνες. Ego autem valde dubito hic οὐρανὸς idem eſſe atque κιβώριον. Etenim οὐρανοὶ per Heſychium apud Henricum Stephanum *Theſ.* 2. 1542. dicebantur a Perſis Regia tabernacula ob orbicularem rotunditatem: & palatus etiam, de quo cecinit Lucretius 4. 628. *Linguae ſudantia templa*, a Graecis Scriptoribus dictus eſt οὐρανὸς ob eamdem rationem; & alia hujuſmodi. Itaque cum *Ciboria* eſſent umbraculi genus quatuor columnis ſuffultum, & ſaepe deſineret in formam orbicularem, ut intelligimus ex allatis a Cangio *Gloſſ. Med. Inf. Lat. voc. Ciborium*; Mazochio in Diatriba *de aetate Marmorei Kalendarii Neapolitani* pag. xxxij. & Svicero *Theſ Eccl.* voce Κιβώριον (cui tamen ex Mazochio caute credendum) aliiſque pluribus: cumque hujuſmodi Ciboria SS. Chriſti Matyribus erigerentur, etiam intra ipſa Martyria, & Eccleſias, ut recte Mazochius adnotavit: propterea conjicio τοῖς Anonymi ſeu Didymi mei οὐρανοῖς κιβωρίων ſubeſſe notionem. Miror vero, ſi digredientem jam, adhuc pauliſper digredi fas eſt, neminem prorſus, ac ne Mazochium quidem, Etymologum celeberrimum, neminem inquam, eorum qui de *Ciborio* hoc Eccleſiaſtico egerunt, cogitaſſe de Hebraica nominis origine a קבר *kèber*, *Sepulchro*; praetermiſſa leviuſcula ſane ἐκ κιβωρίου, *faba Aegyptiaca* derivatione. Ea utique origo me valde delectat, quippe quae mihi innuat, cultum SS. Chriſti Martyribus adhibitum, & ejuſmodi *Ciboria* eorum corporibus, quamvis alte ſub tellure infoſſa fuiſſent, ſuperſtructa (*Mazoch cit.*) Novo Foederi ferme eſſe coaeva: cujus rei utinam ἀναντίῤῥητον rationem haberemus; mera enim ex nomine conjectura, quamvis legitima, repugnantes haereticos urgere non poteſt. Si primigenias Chriſtianarum rerum origines compertas haberemus, quam multa, quae haeretici calumniantur ſerius inventa fuiſſe, vetuſtiſſima agnoſceremus! Novi hominem, qui ait ſe Deo favente demonſtraturum plurimos Sacrificii Miſſae ritus conſentaneos eſſe quibuſdam ritibus olim

Digitized by Google

olim in Templo ſervatis: quod me inducit, ut cenſeam, illos ab Apoſtolis conſecratos fuiſſe, adeoque deſerendam non eſſe, veluti plane deſperatam cauſſam, quorumdam ſententiam, qui autumant ipſam vocem *Miſſa* ortam ex מסה *miſſah oblatione*, ut vertit Hieronymus *Deuter.* 16.10; quamvis a *miſſus* plures derivatam fuiſſe ſcripſerint ſequiori aevo, quando Hebraica Lingua a noſtrorum perpaucis coleretur. Prius certe quam Sacrificium incoharetur formula: *ite miſſa eſt*, dimiſſos fuiſſe olim Catechumenos explorata res eſt. Sed nimium jam vagatus ſum. Revertor itaque unde diſceſſi.

14. Iamvero ſcrupulus e Geographia petitus, ridendus mage eſt, quam tollendus. En tibi Anonymi locus, quem ſubjicio, quamvis eo non careas, SMITMER OPTIME, ut ſtatim atque perlegeris, intelligas Cenſorem meum plane ineptire. Inquit ergo *Lib.* I. *cap.* 15. *pag.* 100. Δαυὶδ δὲ ἐν ογ̄ ψαλμῷ περὶ τοῦ ἀνάρχου ψάλλων· ὁ δὲ Θεὸς βασιλεὺς ἡμῶν προαιώνιος· εἰργάσατο σωτηρίαν ἐν μέσῳ τῆς γῆς· λέγει δὲ τὸν γολγοθᾶν, τόπον μεσώτατον, καὶ ΟΙΟΝΕΙ κέντρον τῆς ὑπουραιὸν ὀνομάζων αὐτόν· ἐν ᾧ τῇ μὲν θεϊκῇ αὐτοῦ προγνώσει πρὸ αἰῶνος εἰργάσατο ἡμῖν σωτηρίαν ἐν τῇ ἐνανθρωπήσει ὁ υἱός· τῷ δὲ πράγματι, ὅτε δι' ἀγαθότητα ἔπαθεν ὡς οἶδεν καὶ ἠθέλησεν ὁ ἀπαθὴς ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἕως τῆς καρδίας τῆς γῆς ὡς εἰπεῖν ἐγένετο· καθὰ καὶ ἰεζεκιὴλ προφητεύει τοιάδε· αὐτὴ ἱερουσαλὴμ εἰς μέσον τῶν ἐθνῶν τέθεικα αὐτήν. „ David autem in LXXIII. Pſalmo „ de Aeterno pſallens ait: *Deus autem Rex noſter ante ſecula operatus* „ *eſt ſalutem in medio terrae*. Golgotham vero intelligit, locum in me„ dio ſitum, ac VELUTI centrum terrae illum vocans: in quo divina qui„ dem ſua praeſcientia ante ſecula operatus eſt ſalutem nobis in Incarna„ tione Filius: re autem ipſa, quando propter ſuam bonitatem pro nobis „ ſic paſſus eſt, ut ipſe novit & voluit, Impaſſibilis, & uſque ad cor terrae, „ ut ſic loquar, venit: quemadmodum etiam Ezechiel prophetat in hunc „ modum: *Ipſa eſt Hieruſalem in medio gentium poſui eam*. „ Haec ille, quibus ſi innuere voluit Golgotham eſſe centrum terrae, quam noſſent, & incolerent homines, ne minimum quidem a vetere tum Graecorum, tum Latinorum Patrum doctrina receſſit. Videat meus Cenſor *Criticos Sacros in Pſ.* 74. *& in Ezech.* 5; Lorinum praeterea & Calmetum *in Pſ.* 73; atque intelliget, quam injuſtus Coeci, Coecus ipſe, accuſator fue-

fuerit; quamque juſta ſit vetus illa Thucydidis (*hiſt.l.*2.§.*m.*40.) repre- henſio: *ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει· imperitia confidentiam, eruditio timorem affert*.

15. Sed quo tandem praejudicatis abs opinionibus abripimur? Nunquam profecto putaſſem, aliquem tam ineptum eſſe poſſe, ut in mentem ei veniret, Didymo Coeco illud vitio vertendum, quod de Divino Verbo, & Spiritu Sancto diſſerens a gentilibus Poetis nobiles quaſdam & opportunas ſententias mutuo ſumſerit. Si Didymus meus hoc ad nauſeam uſque feciſſet ad vanae eruditionis gloriolam captandam, utcumque tolerari poſſet, quod ait moroſus Criticus. At ſi percurramus, quae hujus generis ab Anonymo ſuo meus frater excerpſit; videbimus profecto ex Ethnicis Poetis in tractationem hujuſmodi nonniſi illa tranſlata fuiſſe, cum quibus maxima affinitas intercederet. Profert exempli gratia Anonymus ille hunc Arati verſum: *Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν· ὁ δ᾽ ἤπιος ἀνθρώποισιν· Ipſius & genus ſumus: ipſe vero benignus eſt in homines*: num reprehenſioni propterea ſubjiciendus? Reprehendendus igitur erit etiam Paulus Apoſtolus, qui ex prioribus iiſdem verbis Athenienſibus Areopagitis Dei Vnitatem inſinuare non dubitavit (*Act.*27.). Corripiendus pariter idem Paulus, qui ad Titum ſcribens, non modo (1. 12.) conſecrat illud Epimenidis: *Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί· Cretenſes ſemper mendaces, male beſtiae, ventres pigri*; verum etiam addit hoc dictum *a proprio ipſorum Propheta*: *εἶπέ τις ἐξ αὐτῶν ἴδιος αὐτῶν προφήτης*. Videat meus Cenſor Laërtium de Epimenide loquentem *Lib.*1. §.109. conſulatque Menagii Obſervationes, & intelliget, quantus Propheta habitus ſit a gentibus *Epimenides Cres*; cumque ea noverit, ringet profecto, quod Epimenidem Prophetam dixerit Apoſtolus, eſt enim ipſe Cenſor paullo delicatior, & ſcupoloſior. At longe aliter certe judicabunt alii. Clemens ſane Alexandrinus dixit *οὐκ ἐπαισχύνεται Ἀπόστολος πρός τε οἰκοδομὴν καὶ πρὸς ἐντροπὴν διαλεγόμενός τινων ἑλληνικοῖς συγχρῆσθαι ποιήμασι· non veretur Apoſtolus ad aedificationem quidem, pudoremque aliquibus injiciendum diſſerens, ipſis Graecis uti carminibus*. (Adſcripta fuerunt iſta Clementis verba Margini Codicis 2. *N. T.* Guilelmi Laud, ut noſcimus ex Ioannis Millii *Novo Teſtamento not. ad* 1.12.*Ep.ad Titum*). Quomodo ergo nefas Didymo fue-

fuerit hujuſmodi Gentilium Poetarum uti ſententiis ? quaecumque enim veritati conſentanea ſunt, intimam mutuamque connexionem habent : unde ſiquid verum Ethnici Scriptores aut Poetae litteris conſignarunt, non fuit, cur Theologicis in rebus ab eorum verbis aſſerendis SS. Patres abhorrerent ; cum vim ſuam habitura eſſent, contra Gentiles quidem πρὸς οἰκοδομὴν, contra haereticos vero πρὸς ἀνατροπήν. Diſſertiſſimus profecto hac in re videri poſſem, ſi aut plura e Patrum Operibus exempla decerperem ; aut ea certe loca perſequerer, quae in Gatakeri *Adverſariis Miſcellaneis* ſuis Auctoribus aſſeruntur, cum a Patribus uſurpata fuiſſent, non edito Scriptoris nomine. Gatakerum ergo ſaltem percurrat meus Cenſor ; illudque etiam diſcet Cyrillum Alexandrinum, quem attuli antea §. 9. ex Euripide rationem generationis Divini Verbi expoſuiſſe : atque ita amplius ex iis non erit, qui *faciunt nae intelligendo, ut nihil intelligant*.

16. Haec ſunt SMITMER OPTIME, quae ſcribere volui ad Te jamjam Vrbe proficiſcentem, ut eſſet mihi haec Epiſtola PROFECTVS AMICI : utinam autem & FORTVNAE REDVCI inſcribere potuiſſem. Sed Te confectis itineribus Tuis patria expectat. Illud itaque abs Te vehementer petam, ut ſtudia mea quoad poteris, juvare velis. Valde enim ſtimulat me deſiderium omnia, quae Didymi Coeci ſupereſſe novimus, colligendi, edendique ſimul tanti Viri Reliquias. Quamobrem ſiquam inviſes Bibliothecam, Codicibus ornatam, Te mirum in modum obſecro, ut humaniter diligenterque perquiras, numquid ibi Didymi Coeci deliteſcat. Prudentis vero conſilii Tui erit, cum Pariſios perveneris, conſiderare, an Praeſes Ephemeridis Litterariae Pariſienſis liberaliter abs Te admonendus ſit, ut, quia *non omnia poſſumus omnes*, utatur ſaltem ad fabrilia fabris, nautis ad navalia, ad crepidas ſutoribus ; aut certe nullo de Libro Eruditos Viros certiores faciat, quem ipſe non noverit ; ita enim Ephemeridi illi ſuus ſtare poterit decor. Illud vero unum certo ſciat equidem peropto τὸ ἀπόγραφον Trium Librorum de Trinitate, quos ego Didymo Coeco aſſerui, quodque hic Romae viſitur, DVCENTIS, ut minimum, annis Petro Lombardo vetuſtius judicari ab iis, qui de Codicum aetate rectum judicium ferre poſſunt. Vale MI SMITMER.

Dabam Romae in D. Gregorii ad Clivum Scauri CIƆIƆCCLXIV. Non. Sept.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

005657319

Digitized by Google



Digitized by Google